Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

IX H. 67.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

~~Elzevir~~
~~C 94~~
KW 224
F 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

EPITOME
BELLI BOHEMICI

BELLUM BOHEMICUM deſcripturus, non adulatoris, ſed Hiſtorici ſtylum exercere conſtitui, fuêre qui in partis alterutrius favorem ſcripſêre, affectus magis, quam veritatem oſtentabant. Enim verò ita cum mortalitate hoc ſeculo conſtitutum eſt, ut ingenium ſuum in gratiam alterius venum proſtituat, amaſſe falſitatem malit, veritatem odiſſe. A primo Ieſuitarum in Bohemiam introitu, turbari Regnum cæperat, Regum Sacramenta, Sanctiones, Donationeſque vilia haberi. Status Reipublicæ optimè conſtitutus vitiari, aboleri conſue-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

ſuetudines, Religionem, quæ ſummum mortalitatis ſolatium eſt, inſentari, inquiſitionis Hiſpanicæ ſeminaria inſeri. O infelicem Regem iſtum, qui ferendo tanto oneri impar, dominandi poteſtatem ſuſcipere auſus eſt. Nil enim tam arduum, nil tam difficile, quam imperitandi officium, ſapientem requirit Regem, ſtipatum optimis conſiliis. Væ Regno iſti, cujus Rex minus intelligens; non is potens eſt diſcernere verum à falſo, conſilium bonum vel pravum ipſi idem eſt. Periclitari imperium tale, vel mille viciſſitudinibus obnoxium, & niſi bonis conſiliis conſurrexerit, diſcrimini vicinum; optimè ibi conſtitutam Rempublicam, ubi vitia abſunt, florent virtutes, præſidetque Rex intelligentiâ præditus. A Corporis deſideriis vitia pullulant, ibi gladius ſplendet, fervet libido opum, cum rutilat aurum. in conviviis & veſtitu luxus ſeſe extollit, prurit furore armata venus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

nus, in corporis robore & poteſtate armorum cuncta fundantur; egeſtas iſtic publicè omnia atterit, viget privatim opulentia, at caduca ſunt omnià iſta. talibus Imperjum ſuffultum columnis ruinam minatur; è contrà, ubi virtutes ſeſe erexerint; Intelligentia primum, Iuſtitia, Clementia, Pietas, Modeſtia, Caſtitas, Temperantia, domi foriſque bona conſilia, & quæ ad rectè imperandum requiruntur facultates: Animi facinora ſunt iſta, qui ſpiritus perpetuitatis eſt: firmiſſima ſunt talia Imperij fulcra, pollicenturque diuturnum dominium nunquam ruiturũ. Vitia apud nos radices omnis generis jecere, ad omne pravum ſternebant aditum. Rudolphi Secundi Imperio declinante, periclitari demum cæpit Bohemica libertas, à Ieſuitis clandeſtinæ inſidiæ ſtructæ. Coronâ Hungariæ à germano fratre Mathia Rudolphus privatur, ab eodem ipſi etiam Bohemicum diade-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

ma, non vi ſed dolo aufertur. ſcelere Ieſuitarum Rudolphus interit, ad cujus petita, Ordines Regni Mathiam Regem elegêre, connivebat is in omnes factiones Ieſuitarum, & quia valetudinarius, proleque carens, ſubſtitui Ferdinandum ſecundum petijt, difficiliùs quidē cedente negotio, ſub certis conditionibus tandem impetravit, (res ad nutum Ieſuitarum ſucceſſit,) In Regem deſignatus, non aditurum ſe imperium, Mathia ſuperſtite, niſi poſt exceſſum dominantis ab Ordinibus legitimè fuerit introductus, reverſalibus ſubſcriptione proprij Chirographi, loco juramenti, ſeſe obſtrinxit: annuente ipſo in Religionem libertatemque Politicam à Ieſuitis ſævitum: Fit perjurii reus Ferdinandus: pellitur Regno, dignitate exuitur. ſcribitur ab utraque parte exercitus: novus Rex à Bohemis eligitur *Fridericus Palatinus* Rheni S.R.I. *Elector*; Stabant pro ipſo Bohemi, *Moravi*,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Sleſii, Luſati, Auſtriaci ſuperiores, Hungari! Iohannes Fridericus Dux VVirtembergenſis, Mauritius Landgravius Haſſiæ: Ioachimus Erneſtus Marchio Anſpacenſis, & Georgius Fredericus Marchio Durlacenſis, favebant quidem ipſi Britanni, in detrimentum magis. Suos quoque Ferdinandus habebat; cujus partes elegerunt Saxo & Bavarus, Hiſpaniæ & Poloniæ Reges, Coſmus magnus Hetruriæ Dux, & Archidux Albertus; Electores denique Eccleſiaſtici cum Papa Romano ac univerſo ipſius clero, Fax horum omnium Ieſuitæ erant. Acriter ab utraque parte pugnatum, ſæpiùs marte ancipiti. Succubuêre Bohemi non armis, ſed conſilijs inferiores, cecidêre ſcelere Ducum; Fridericus, metu ab Anhaltino perculſus, Pragâ fugit, mediis omnibus, quæ ipſi ad repellendum hoſtem offerebantur contemtis. Propè urbem Pragam, ubi ſedes Regia, in Albo monte prælium conſertum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Hoſtis de victoria ambiguus, miliare integrũ ab albo monte retroceſſit, die tertia demũ, per Commiſſarios Ordinũ Pragã introductus. Prædâ contecta, diſpoſitisque præſidijs, Moraviam, Sileſiam, Luſatiam, ſuperiorem Auſtriam & Hungariam invaſit, minisque gladij omnia iſta nominata Ferdinando ſubegit. Interim Pragæ qui manſêre Directores, quive vanâ ſpe Amniſtiæ vitam ſuam vili habuêre, in carceres conjecti; inſontes utique, pænas dedêre. Truce Ferdinando, capite truncati, alij laqueis ſuffocati, diſcerpti alij per quadras, nonnulli virgis cæſi: qui rei facinoris, fugâ vitæ conſuluerunt; quid diçam inſuper, milites noſtri leones erant, Duces cervi, Curatores columbæ, Si cor Heroicum Imperitantis adfuiſſet, Res Bohemorum manſiſſet integra: Erat iſta vindicta Superum.

BELLUM BOHEMICVM.

BOHEMORUM gens à Czecho oriunda, fratre germano *Lechi* à quo Poloni proceſſêre, ab ipſa terra quam iam incolit, nemore aliàs hirſuta, ſterilisque, exculta eſt.

Laborioſus erat is populus, inediæ ſitisque patiens, ubicunque in cætum coaluerat, concordia, ſinceritas ac fidelitas ſimplicitate operiebantur, apud ipſos maximæ Virtutes, Religio gentilis erat: Irrepſit tandem Idololatriæ Papiſticæ hæreſis, facilè genti in ſimplicitate enutritæ, ſpecioſis ceremonijs impoſuit. Faventibus tandem Superis, prædicantibus Iohanne Huſſo, & Hieronymo Pragenſi Veræ Chriſtianæ religionis lumen accenſum: Auctore Podiebradio, & Ziſchka executore, hæreſis Papiſtica exſtirpata eſt, in rei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

memoriam Calix deauratus, & Enſis aurô obductus ab effigie Podiebradij geſtus à fronte templi majoris, urbis antiquæ Pragenſis, adfixi, Religionis Orthodoxæ gladiô acquiſitæ indices iſti eſſe debebant. Inſinuavit ſeſe iterum DEO exoſa, repens ut peſtis, Idolorum ſervitus: Infatuati eâdem principes, poſthac etiam Reges, qui cautum fecêre Sacramento populo obſtricti, ut religio utraque in libertate conſervaretur. In terminis tum manſit, quia poteſtate inferior. Sub ſanctione iſta, per ætates in Religione concordes vixêre incolæ. Impatiens, ex innato odio in genus humanum, concordię, Sathan, notum habens, gentem in cultu Divino differentem, ad diſcordias facilem, ad exequendum facinus inſtrumentum dari vix poſſe magis conveniens præter Lojoliſticam illam ſobolem. Imperitante Rudolpho Secundo, fuere jacta ſceleris tanti ſemina. Omen ſanè domui Auſtria-

ſtriacæ,tum Regno Bohemiæ exitiale. Mox à primo inſultu, inſidiari libertati gentis, ingenuitate exuere; perſuaſione ſceleſtâ Reges dementare,concire ad perjurium:ſole quippè meridianô clarius, totique mundo de ingenuitate Bohemorum notum, de libertate Electionis Regum conſtat univerſis, nec unquam ab ullo mortalium in dubium vocatum. Conſcius rei erat optimè Imperator Rudolphus ſecundus, qui nullis ſuſurris Ieſuiticis ad perjurium conciri poterat,certò perſuaſus, non niſi ſcelere ſucceſſionem iſtam hæreditariam adquiri poſſe. Adſcivêre ad partes ſuas Cardinalem Gleſelium & Cardinalem Ditrichſteinium, mediantibus ipſis apud Rudolphum ſeſe inſinuarent. At Cardinales, propiùs adſpecto negotio, invenerunt, ruiturum in turbas iſto ſcelere Regnum, cogitabant ſe malle potius quietè vivere, quam inquietè & ſcientes mori: erat quippè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

utrique ipſorum opima ſupellex; officium frigidiùs egerunt. Contemſit factionem Ieſuiticam Rudolphus. Primores nonnullos gentis, minoris intelligentiæ, ſupremis tamen officijs cohoneſtatos, adorti, à quibus miſeri in tantum dementati ſunt, ut quaſi irati ſibi ipſis, libertate neglectâ in ſervitutem deſcendere elegerint, erant iſti qui in Papiſmum degeneravêre, creaturæ Ieſuitarum. Quid non attentat ubi ſemel ſeſe inſinuat Sathan: non ceſſat, Spiritu inquietudinis percita ſoboles, ultrò moliri ſcelus, & quod immediatè nequibat, pejorem ſeſe ad exequendum elegit. Erant Bohemi ab annis compluribus paci adſueti, vomerque magis quam gladius apud ipſos gliſcebat, à Primorum ſuorum virtute Heroica prorſus degeneres, loco virtutum ſuprà nominatarum vitia apud ipſos invaluêre, abolita ſinceritas, fides reſtincta, lacerata concordia, acceſſit privatim in veſtitu &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

convivijs nimius luxus, quæſtuum magnitudo exorta: privatum quiſque, nemo qui publicum adſpiceret bonum, ad convulſionem libertatis patulus erat aditus. Rebus ſic ſtantibus, quid non Ieſuitæ intentare? Hominem omne ſcelus auſum nundinati ſunt, inſtruxêreque, murum Templi majoris, urbis Antiquę Pragenſis conſcenderet avelleretque enſem, Bohemicæ libertatis τεκμήριον honorarium factô dignum reportaturum.

Audaculê ſceleſtus mandatum perficit; ſub diluculum, altum Templi conſcendit, enſemque vi admirabili avellit, neque clàm opus abſolvit, imò voce ſonorâ cantitans quaſi, ex alto clamitat: Evigilate, Evigilate, evigilate vos incurij Bohemi, numquid non adſpicitis, libertatis vobis ſurripi enſem? Adcurrerunt, qui enſem avulſum extorſerunt, in carcerem conjecto fure, enſe in Curiam deportato. Non erat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

qui urſiſſet, ut-loco redderetur enſis, libertas reſarciretur periclitans, aſſervabatur in curia per plurimos menſes, tandem juſſu Rudolphi ad aulam Regiam portatus, nec reſtitutus amplius, quouſque calice etiam privarentur. Notarunt Ieſuitæ ad facinus ipſorum promovendum Rudolphum Imperatorem nimis frigidum. Mathiam, utpotè minus intelligentem, rerumque Politicarum prorſus imperitum, tanto ad perſuadendum faciliorem, adverſus ipſum conciunt, coronâ Hungaricâ primum, mox Bohemicâ exuunt, nil ſupererat, quàm ut venenô extingveretur properè. interit miſerè Imperii decus, Ieſuitico ſcelere. Imperitabat-is per ſex & triginta annos feliciſſimè, magnæ & optimæ famæ apud exteros. Ab exceſſu Rudolphi ſecundi, ſucceſſore Mathiâ fratre nec dum totaliter contrà Bohemos, machinatus, tacitè ſeſe ef-

fun-

fundere poterat dolus, interponente ſe ſerio Cardinale Gleſeliô, Mathiâ quoque Rege à perjurio averſo, conſcius erat is ſe per interceſſionem Rudolphi, à Bohemis ad Regnum admiſſum, quibus Sacramento adſtrictus literis reverſalibus, liberam ſui Electionem confirmavit, ut facilior ad Mathiam daretur Ieſuitis aditus, remotus Gleſelius clanculùm, locoque obſcurô muris incluſo detentus per triennium. Interim Mathias Bohemorum Rex eo perſuadetur, Bohemis ne fideret, deſereret Pragam, arcem theſauro antiquitatum Regalium, omnique ſupellectile melioris notæ ſpoliaret. Viennam ſe conferret, ubi tutiſſimus. Patitur id ſibi perſuaderi bonus Rex, ad rapinam conſentit, omnem theſaurum aufert, ſumit Viennæ reſedam. Sciebant hoc Ieſuitæ, habituros ipſos *Pragæ*, ipſo abſente, ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

gis laxas habenas : nec multò poſt quod ab ipſo, Rudolpho, idem ipſi à Ferdinando Grecenſi contigit. Moliri is Coronam Bohemiæ Regni, urgereque per Ieſuitas Mathiam, valetudinarium ipſum, momentisque omnibus morti vicinum, Domus Auſtriaca rationem haberet, ageretque apud Proceres, in Coronationem Ferdinandi conſentirent:

Obtinuit, impetravitque tantum apud Primores, etiam populô adnuente, Mathias, ad cujus interceſſionem, præſtitô priùs conſveto Regni Sacramentô, coronâ cohoneſtatus eſt, literis inſuper reverſalibus binis obſtrictus, quarum primis libertatem electionis faſſus eſt, ſecundis, non aditurum ſe Regimen, vivente Mathia, niſi legitimè ſolenniterque ab Ordinibus introductus, pollicitus eſt, additâ eâ conditione, ſi in minimis fefellerit, coronâ privaretur. Quàm impatiens dominandi libido eſt; oblitus ſacramenti, imò ſui

ſuiipſius, ſuperſtite adhuc Mathia ad reformationem ſtatus prolabitur: Efferbuerat per ipſum à multis annis Ieſuitica in reformationem Bohemicam factio, erat is inſtrumentum optatum ad opus, præmiſſa erant præcurſoria reformationis, deteſtanda iſta profeſſio fidei ſtricto juramento ſigillatæ. Primò jurare debebant incolæ omnes & ſinguli. I. In ſeptem ſacramenta. II. In omnes Ceremonias, traditiones, & Conſtitutiones Eccleſiæ Romanæ. III. In hoſtiam miſſæ & ſuperſtitionem iſtam tranſmutatoriam. IIII. In ignem iſtum, qui nunquam accenſus fuit, Purgatorij. V. In honorem, venerationem & donationem Imaginum. VI. In indulgentias Papæ. VII. In templum Romanum, eſſe illud veram Catholicam & Apoſtolicam toti mundo prædicatam Eccleſiam. VIII. In agnitionem Papæ, pro vicario Chriſti, tenerique ipſi omnes honore & obedientiâ.

 IX. In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

IX. In receptionem concilii Tridentini, cum omnibus comprehenſis Papalibus, fidei articulis, eſſe iſtud veram Religionis anchoram, ab omnibus erroribus immunem.
X. In abnegationem omnis generis Sectarum, quæ ut maledictæ, evitari debent: Iſtud Iuramentum, non tantum Huſſiticæ Religionis miniſtris intrudi debebat, ſed & Adminiſtratori ipſi, ac univerſo Pragenſi Conſiſtorio. Academicis inſuper leges datæ erant, ne ullus actus ſolennis celebretur inſcio Archiepiſcopo, neve cuipiam gradus Doctoratûs, Magiſterii aut Baccalaureatûs conferatur; niſi ſectam Papiſticam is profeſſus fuerit; Profeſſoribus quoque, Medicis, Chirurgis, Ludimagiſtris, Notariis, Præceptoribus, profeſſio prohibita, ni prius Papiſticæ ſectæ fidem dederint. Bibliopolis, venumdatio librorum, à Papiſtica ſecta differentium interdicta. Typographis
præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

prælum prohibitum, imprimendis Papiſticis autoribus conceſſum, & alia complurima Synodo Bohemica Papiſtica Anno 1605. Bohemiæ incolis obtruſa. Omnis converſatio civilis cum Euangelicis Papiſtis erat interdicta, neque permiſſum, ut ad pædobaptiſmum ab Euangelicis invitatus comparere auderet; niſi prius Patre Papiſmum profitente ſalutato. Executores Sanctionum, Cæſareani Officiales eſſe debebant, quibus eadem forma Pragenſibus etiam è Cancellaria Regia nominata offerebatur inſtructio; quorum omnium in Apologia Bohemica majori recenſetur Catalogus; Cudebatur iſta informatio à Rudolphi temporibus, Anno dicto 1605. in nominata ſynodo formata: Poſt coronationem Ferdinandi Secundi, currente Anno 1617. profilijt in apricum: ibi furia iſta Ieſui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

ſuitica per mancipia ſua in Euangelicos, Tyrannidis effundebat virus. Baro Slavata, qui ê feneſtra deturbatus, carcere, verberibus, alijſque tormentis ſubditos ad Papiſmum cogebat. Baro *Smeczanſky* de Martinicz, qui & ipſe è feneſtra præceps volitabat, ferreô inſtrumentô ore ad hiatum diſtento, hoſtias injici ſubditis mandabat, cogique ad idolorum miniſterium. Eadem per civitates Regni auctore Ferdinando deſæviebat Tyrannis. In Politicis etiam Regii Officiales, religioni ſub utraque addicti deponebantur officiis; Papiſtæ ſubſtituebantur. Cautum aliàs erat decretô Sigiſmundi Imperatoris, ne ullus ad Vice-camerarii officium admitteretur, niſi Religionis Euangelicæ; neque in magiſtratum Pragenſem acciretur, niſi eidem Religioni juratus. Vigebat per multos annos privilegium, introitu Ferdinandi ſecundi vitiatum. Reformatio

pe

per omnes tres urbes Pragenſes Magiſtratûm, imperante Ferdinando Secundo, agitabatur. Rerum Civilium, ſtatutorumque, & Iuris periti deponebantur; ſuccedebant Apoſtatæ, Idiotæ, à literis averſi, nominis proprii ſubſcriptionis neſcii: etiam ſceleſtus quiſque, dummodò odium erga Euangelicos oſtentabat, in ſenatum erat delectus. Diſſeminabatur id per omnes civitates Regni, etiam per urbes ſubditas, oppida, pagos villaſque repebat. *Moravia*, Sileſia, & ſuperior Auſtria, utraque etiam Luſatia, idem malum expertæ. Nil tum temporis valebat innata, nec data libertas, prævalebat Ieſuiticum ſcelus. Mandante Ferdinando, demoliri templa, Religionis exercitium prohiberi, magiſtratus reformari, Papiſmus promoveri, intentariq; alia inconvenientia complurima. Obſtrinxit is ſeſe Sacramentô Bohemis, Religionem Euangelicam tum Papiſticam ſe de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

fenſurum libertatem utriuſque permiſſurum laboratum ab ipſo in contrarium, queruntur omnes Bohemiæ incolæ, luget enormiter gravata Sileſia; ſua quoque gravamina adfert Moravia ſuperior & inferior Luſatia, non minus etiam factum Ieſuiticum deteſtatur ſuperior Auſtria. Conqueruntur de eadem preſſura Iſtria, Carinthia.

Perjurii reum fractoremque Sacramenti Ferdinandum, quis non adfirmabit, peccaſſe contra reverſales ſuas quiſque fatebitur. Culpa ergò ab ipſo ſolo nominatam, merebatur pænam. Iuſtam utique arripuêre cauſam, ut in libertatem Religionis excubarent Bohemi, in Collegio Carolino magno Defenſores conveniunt, de bono publico deliberaturi. Oppoſuerunt ſeſe conventui ſupremi Officiales ſubſtituti Regii, Baro de Sternberg Supremus Burgravius, Baro Popelius de Lobkovitz, Baro Slawata Cameræ Regni

Præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Præſes,& Baro Smeczanſky de Martinicz Burgravius Karlſteinenſis (iſti ſunt qui libertatē patriæ Domui Auſtriacæ venum dedêre; ipſi ſimul è libertate in ſervitutem prolapſi) ô dementes ipſos , ô ſceleſtos ! Reſiſtentem ſibi ſupremam poteſtatem Defenſores percipiunt , judicantque ferendo tauto oneri ſeſe minus pares; Primores gētis Terni ordinis Regni, frequentiori cætu concurrerent, conſcribunt;quod paucis diebus urgente quemq; conſcientiâ contigit,deliberatumq,nervis omnibus de negotio. Erat id literis Majeſtaticis, ut appellātur cautū,ut Defēſores fidei ſub utraq; eligerentur,qui in caſuReligionis periclitātis,cūCōſiſtorialibus cōvenirēt, ab injuriis libertatē religionis defēſuri.Ibi demū Auſtriaca manis defēſuri.Ibi demū Auſtriaca mācipia inſurrexêre deteſtabanturq; ex auctoritate Cęſaris conventū ordinū. Crimen hoc nomine lęſæ Majeſtatis ab ipſis eſſe commiſſū. Facta erat iſta auctoritas Mathiâ Imperatore , rerū in-

inſcio, ut imponeretur Ordinibus, metuſque incuteretur, inſculpitur Chyrographi Mathiæ, bacillo ligneo character tam affabré, genuinum dixiſſes. Sub fictâ iſtâ Cæſaris ſubſcriptione, ementiebantur ſingulis viginti, quatuor horis, Pragam Viennâ tranſmiſſa mandata, conventum Ordinibus interrumpendum. Intelligentes magis quam ut imponi ſibi paterentur Proceres, Diplomate aperto Imperatorum Regumque libertatem, conveniendi in cauſa religionis ipſis conceſſam, contemtis omnibus impedimentis exercuerunt. Citantur nomine Imperatoris à Burgravio, per Cancelliſtas duos ad aulam Regiam ordines, ut ſeſe ſiſterent, mandatum Mathiæ Regis percepturi; Differunt ab amico moniti comparitionem ad diem proximum, pollicenturque majori numero ſe comparituros, interim notum datur omnibus & ſingulis, globo denſiori concurrerent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

rent. Accurrit multitudo Equeſtris tum pedeſtris, numero propè trium millium, quam Palatium Regium capere vix poterat; intromittuntur in conclave, quod Cancellariam vocant. E Primoribus Ioachimus Andreas Comes Schlickius; Comes Turnenſis; Baro Bohuchival Berka; Baro de Rziczan, Baro Smirzicky, Vdalricus Chynſky, Tribunnus legionis Equitum, & complures alij, ſequebatur nobilitas, ipſam ex ordine Civili; Circumſpectâ adſtantium multitudine, ſupremus Burgravius ſequenti ſermone Ordines affatus eſt: Imperatoriam Majeſtatem deteſtari conventicula veſtra, querique, Auctoritatem ipſius ne tanti quidem apud vos valere, ut ſæpius à nobis auctoritate Cæſaris reprehenſum, contemneretis facinus. non vos movet Regis veſtri dignitas? non vos concutit Majeſtatis ſplendor? etiamne erga ſubditos delinquere quid-

piam poteſt ſuprema Poteſtas? Terrori eſſe debet, ad nutum Majeſtatis tenentur ſubditi. Suſpecta res, ſunt privata conventicula, conjurationis certi indices. Scire mavult, quid vos ad nefas compulerit. Si vel minimum in libertatis veſtræ præjudicium à ſua Majeſtate proceſſiſſe ſentiret, pæniteret utique, ſi quæ privata veſtrum nonnullos premunt odia, abolenda iſta, ne in publicum vires erumpant. Moniti eſtote, memores Sacramenti, quô Regi veſtro vos mancipaſtis, ab pravo facinore deſiſtite. Si ad arma animus eſt, ignavus quiſque ad arma inſurgere, deponere ſoli victori licet, impares certe eſtis tanto portando oneri, non adeò tumet ærarium veſtrum, vena ſtipendiorum tenuis eſt: Superiorem armis Regem experiemini, at non opinamur ut ad extrema prolabamini: Intelligentes plus vos cenſemus, favere magis Patriæ, Penatibus,
Regi-

Regique veſtro, judicamus. Intelligentis eſt, nefas quod vis contemnere; nomine S^æ. C^æ. Majeſtatis vos quæſumus, à propoſito deſiſtite, ſuæ Majeſtati vos ſupplices ſubmittite. Sin pergitis, malo nodo malus cuneus applicabitur. Arrexêre aures ad duriorem iſtum ſermonem Ordines, nec erat ad palatum. Reſpondebat nomine Ordinum Baro de Rziczan, in hæc verba.

Senſum Concionis Domini Burgravii optime percepiſſe Dominos Ordines, demirari ipſos ſermone iſto acriori, exiguo admodum reſpectu, eos, à quibus Regni totius auctoritas pendet, affeciſſe, vix herus ad ſervum tam invectiva protuiſſet. Pro Imperio eſſent iſta, ſi ab Imperatore proceſſiſſent. Obedientiâ Regi tenentur ſubditi, nõ tamen ut Domino, cui ſervitus debetur, ſtringttur ſacramẽto in Sãctiones Imperator; violare quod ſemel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Sanctum eſt, bona fides non patitur. Ficta ſunt iſta, quibus vos erga nos inſurgitis, auctoritate Cæſaris palliata, innocens tanti doli is eſt. Falſi vos commiſiſſe crimen, quoties ſcriptis adulteratis ordinibus imponere cogitaſtis, rem impoſſibilem fateri cogemini, horarum quatuor & vigenti ſpatio, Pragâ Viennam, illinc reſponſum & mandatum itérum Pragam poſſe perferri; intercapedinem ſex & triginta milliarium Germanicorum penſitate: in rebus ſeriîs non adeò repentina cadunt reſponſa; deliberandum diu, quod ſtatuendum ſemel. Finxiſtis marte proprio mandatum Regium, ſubſcribendum, Chyrographum ementiti eſtis. Peccaſtis hoc nomine in Regem, quem crimine falſi affeciſtis, in omnes tres Ordines, quibus idem ſtygma inuſſiſtis: In Patriam, cui fidem fregiſtis, imò domui Auſtriacæ, eandem venum dediſtis, hæreditatem adoptaſtis, detruſiſtis

in

in ſervitutem miſerrimam. O vos infelices in ſervitutem natos. Oſtendemus nos, Deo nobis adſiſtente, ingenuitatem noſtram , ubi vos in ſervitute quam elegiſtis abſumemini. Inferius eſſet Imperatoriâ Majeſtate , prædeceſſorum ſuorum fidem frangere, contra diplomata ab anteceſſoribus conceſſa agere. Scitum eſt vobis , literis Majeſtaticis, quas ita vocamus , nobis Religionis cauſa conventum conceſſum ; Imò præter literas dictas, innatam nobis eſſe iſtam libertatem. Ingenui quippè, non ſervi nati ſumus. Vos qui Papæ jurati, imò mancipia eſtis, id ipſum cujus nos inſinuaſtis , nefas commiſiſtis , conjuraſtis contra Patriam: quod verò ab parte noſtra, jure nobis cenceſſo , imò innato , factum. Moliuntur veſtrates non modò Eccleſiaſtici, ſed & Politici ſtatûs libertatem, & adhuc connivebimus? Scitote ergò , vos qui conſcientiæ veſtræ , juramentique obliti eſtis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

ſicuti DEO, Patriæque perfidi filii iſto momento excipiemini. Abducuntur ad partem in Cameram viridem Supremus Burgravius, Baro de ſternberg & Popelus, (non erant iſti in tantum, dicti facinoris rei) Adſilit mox Vdalricus Chynſky Legionis Equeſtris pro tempore præfectus, Borzitam Smeczanſky arripit, è proxima feneſtra deturbat ſecundus numero fit Baro Slawata, ultimò.

Secretarium Fabricium adoriuntur & ex eadem feneſtra præcipitant, juſta pæna culpam ſequuta eſt. illæſi omnes tres manſère, erat humus papyro tumida quæ cadentibus ab alto cedebat. Secretarius è colle ex iſto caſu in declive loci provolutus, ad Slawatæ corpus ſeſe affricavit, illæſus prorſus, ſurrexit properè, petiijtque ab humi jacente, importunitatem ipſius ne vitio verteret, cucurritque, & curru conducto Viennam ſeſe citiſſimè contulit, rem geſtam, carraturus. Ba-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Baro Slawata, qui gladium lateri accinctum gerebat, iſto latere læſus eſt; Smeczanſky in ædes proprias à ſuis comitatus. Additi etiam Burgravio ſupremo, & Popelio Comites, pro ſalvo conductu: Mox præſidiarii Arcis Pragenſis, ipſe etiam Capitaneus Czernin, juramento Cæſareano ſolvuntur, obſtringuntur Sacramento ordinum; armamentarium occupatur. Viſus eſt eâdem tempeſtate ſub cæli concavo ſydus Cometes vaſtæ molis, ſolitô per Europæ latitudinem radios ſuos vibrans, pollicebatur is maximam rerum in Europa viciſſitudinem, eratq; graſſantis jã magnæ iſtius tribulationis per Germaniã, certiſſimus index. Negotio iſto magni momẽti expedito formato globo, Ordines arce deſcendunt, minoris urbis primo, à Magiſtratu, Civibuſque tum ab antiquæ & novæ urbis Pragenſis, juramentum fidelitatis im-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

petrant, haberent rationem libertatis,commonent ſeriò. Conſpiraſſe Ieſuitas, Domui Auſtriacæ falſis perſuaſionibus ineſcatæ, Regnum Bohemiæ cum incorporatis univerſum, in ſucceſſionem hæreditariam ut traderent, ô ſcelus! ô perjurium ſed antequam progrediar, de Coronatione Ferdinandi hiſtoriam recenſebo. Factum id ut ſupra dictum An. 1616. Mathia Imperatore Res Bohemicas pro tempore curante. Egit is rem Ferdinandi apud ordines, qui Papiſmo addicti, conſenſêre ad petita, at Euangelicorum plurimi ad deliberandum rem adſumſere. Notarunt id Ieſuitæ, de dolo ſubtili quomodo Ferdinandum Bohemis ultrò intruderent, meditati ſunt. Peragebantur vero iſta tempore inſtantis meſſis. Differebatur ſtudio Electionis dies, ut pertæſi redderentur Euangelici, protrahebaturque ad uſque tempora meſſis. Imminente jam meſſe, Ordinum cuivis curæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

erant res domeſticæ, avarus enim quiſque publicum bonum privato poſtponit; ſic diebus ſingulis, numerus Euangelicorum imminuebatur; ſuperſtites ſuperabat numerus Papiſtarum; In iſtam occaſionem Ieſuitæ excubabant, ne quid negligeretur, dies conventûs nominatur, concurrit Papiſtarum numerus, exiguntur per ſupremum Burgravium vota, quibus ſuperantur Eüangelici, ſic Ferdinandus IeſuitarumPatronus eligitur, Rex Bohemorum deſignatur. Expedito Electionis actu, de coronatione apud ordines agebatur, nec renuere, votis in Electione ſuperati coronationem audebant. Succeſſit ad nutum Ieſuitarum negotium, neque ordinibus diſplicuiſſet, ſi pro Patriâ libertate ſolenne fuiſſet celebratum: Scorpius operiebatur ſub ovo, excidium libertatis Bohemicæ ſpirabat is dolus, lætitiæ dies, in diē luctus converſa eſt, proh dolor! Iſte Coronationis Ferdinan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

di Secundi proceſſus erat, qui ut ſuprà dictum culpâ perjurii majeſtate Regia depoſitus. Rebus ſic ſtantibus, arripiendi arma urgebat neceſſitas: conſcribebatur miles: conſilium directionis formatum. Scitum incorporatis, confœderatisque de negotio datur, in ſuperiorem inferioremque Luſatiam, in *Moraviam*, Sileſiam, ſuperiorem Auſtriam & Hungariam Legati expediuntur, fœdera renovantur confirmanturque. Adornatur exercitus cum auxiliaribus copijs ad octo & viginti millia, Duce Comite Turnenſi; accitur ad officium quoque Comes de Hohenloe. De novo Rege eligendo deliberatur: ab ipſo initio, odia inter Generales inteſtina, efferbuêre demum cum Comes de Turn officium reſignare, Moravici exercitus curam ſuſcipere attentaſſet. Duce Comite Turnenſi, in ſtructa acie, pergitur Viennam verſus, ubi tum temporis Imperialis ſedes, junguntur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

tur auxiliares copiæ Hungarorum Duce Betlehemo Gaborio, octuaginta millium, circumventa Vienna centum & octo decim millium exercitu; tormento unoatque altero bellico percellitur, coanguſtaturque, ad deditionem prona, obſidionem unius Menſis vix paſſa fuiſſet. Abſente tum Betlehemo Gaborio, locum tenente negotij ignaro, vitio Comitis de Turn ſolvitur obſidio. ſeparantur à Bohemis Hungaricæ copiæ, Betlehemo malè contento. Cæſareani interim Prachnicenſem provinciam invadere, igne ferroque vaſtare; qui reſiſteret, Turnius advocatur; quibus auditis, vexilla in Patriam vertit properè, Caſtraque circa urbem Horzeprukum metatur, ibi coadjutore Comite Hohenloenſi reparatur exercitus, invitatur Comes de Mansfeld; Conſcripſit is copias quatuordecim millium impenſis Bohemiæ Ordinum, quibus obſidione premebat Pilſnam, quam tandem vi

tor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

tormentorum bellicorum muris ef-
fractis, convulſisque aggeribus, ex-
pugnavit, relicto ibi Præſidio in
Prachnicenſem provinciam Caſtra
vertit, ubi per urbes, oppida, pagos,
villaſque copias diſpoſuit; Cæſarea-
ni verò urbem Budiejovicium inten-
tare, vi aut ſtratagemate ad deditio-
nem cogere, & quæ extrema vide-
bantur tentare. Deliberabatur Pragæ
in Directorio de dicto intento, ad-
ſerebat pars cedendam Imperatori
urbem, ne plus offenderetur Cæſa-
rea Majeſtas, ridiculum ſanè; Quod
quæſo majus delictum ab Ordini-
bus committi poterat iſto, quô ex
ima Majeſtatis ſede deturbata erat
Imperatoria poteſtas? næ iſte erat
ſummus Regiæ dignitatis deſpe-
ctus? & adhuc metuebatur, ne læ-
deretur Cæſar, ô ſimplicitatem! de-
bebat id forſan læſæ Majeſtatis eſſe
placamen. quærebant hoc nomi-
ne firmum in Bohemia Cæſareani
figere pedem; Qui ſapientioris e-
rant

rant in Directorio palati, optimè rem ſubolfecerant, nec conſenſêre tutius extra patriam, quam intrà domeſticos parietes belli ſedem ponere rati, neque conſultum, ſcorpium vernaculo alere ſinu, mandatur mox Baroni Felſio ſupremo Campi Mareſcalco, Turnio adhuc circà Viennam agente, communicato prius conſilio, junctiſque viribus cum Comite Manſfeldio, Cæſareanos circumvenirent, aditum ad urbem interciperent. At Felſius contemto Manſfeldio, honoris privati cupidus, ſufficientem ſe hoſti reſiſtendum ratus, ex mera temeritate, armis ſuperiori ſeſe opponit, cæditurque, ipſe globo ſclopeti cadit, hoſtis urbem rapit, occupat, retinetque perpetuum, natura quippè loci inexpugnabile fortalitium reddit. Percepta cæde comes de Manſfeld, tuba ſignum dari jubet, paulatim cohortes procedere, non ipſi tantum temporis ut aciem formaſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

ſet, circumvenitur ab hoſte, perturbantur cohortes, pelluntur in aperta, pauci cæduntur. Triumphante ex iſta cæde Buquoio, periclitari cæpêre vicini, vocatur ad ſubſidium Turnius, neceſſitate urgente, bono titulo ſeceſſiſſet, ni prius intempeſtive circa Viennam caſtra ſolviſſet. Armis à bino conflictu inferior hoſtis, aciem minimè aggredi auſus, Budiejovicium ſe recipit, tutior ibidem, loco naturâ & arte benè munito, erat is exercitus ipſi pro præſidio, qui trium ant quatuor millium numerum vix adæquabat. In iſto armorum ſtrepitu, peſſimum exitum ominanti, placaret ſibi ordines, & ab armis averteret, literas ſcribi Ferdinandus jubet, per Baronem de Walſtein, pro rempore ſupremum aulæ præfectum eaſdem deferri; decem & quatuor articulis offerta ſua dictis literis exprimebat, quæ majoris momenti recenſebo. Pollicebatur primò literarum Majeſtaticarum ut

vocant

vocant confirmationem. Secundo, Privilegiorum Politicorum, quoad Electionis libertatem aliarumque Regni conſuetudinum approbationem, vel quacunque etiam optimâ formâ ſcribere libuerit, ſubſcriptionem. Tertio in Religione ſub utraque ſecuritatem, ut ne muſſitare quiſquam è contrà auſit. Quarto, præcipitem iſtam officialium ſuperiorum Mathiæ Cæſaris executionem, cum nihil iſto caſu ipſius interfuerit, ſed patruelis ipſius tantum, commori cum ipſo debere; nec meminiſſe amplius. Quintò, Ieſuitarum proſcriptionem, approbaturum, ſe ad ipſorum placitum relicturumque irrevocabilem. Sextò depoſiturum ſe arma primùm, exercitumque omnem è Regno evocaturum, dimiſſurum, & quæ cætera ad palatum ordinum erant, quorum meminiſſe, ſcripti compendium vetat. Dabat fidejuſſores, Saxoniæ Ducem, Electorem Brandeburgicum, Bava-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

rum Principem, Poloniæ & Daniæ Reges; ſi in minimis fefellerit, executores ſunto. Suppreſſæ erant iſtæ literæ à Turnio, & ſupremo Cancellario de Rupa; utinam innotuiſſent, nunquam recuſatum fuiſſet oblatum, nec malè conſultum fuiſſet bono publico. Oblato prædicto ſilente, pars utraque exacerbabatur, conſcribebatur pro Cæſare in ſuperiori Auſtria exercitus, qui copiis Bohemicis opponi debebat,, Hungarica fortalitia præſidiis exuebantur, quibus Præſidiarius miles Budiejovicenſis auctus eſt; turbare is debebat caſtra circa Horzeprukum poſita. Viſuntur per planitiem circumjacentem Hungaria vexilla, ſignum tubæ ad arma datur, mox Comes de Turn cum quadraginta turmis equitum in apertum prodit, ſequitur duce comite de Hohenloe ipſa acies; cohors una ad recognoſcendum mandatur, interim poſt collem quendam qui noſtros operie-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

riebat, viſumque hoſti impediebat, acies inſtruitur, eminus vero ab exploratoribus conſpecta, hoſtem in terga vertit, turma una atque altera equitum fugientes proſequente, tardiores cecidere nonnulli alii globis ſaucii capti, in caſtra deducti ſunt, annonæ defectum inter Cæſareanos narrabant, erant ex præſidiis Hungaricis qui capti fuêre; Nervi belli à parte Cæſaris extenuati, erant iſti indices: qui dictum exercitum curabat, Buquoius erat, proſpiciebat is inſtinctu ſuo apud Cæſarem de belli ſubſidiis; nec Bohemi otioſi erant, interim & ipſi de novo Rege eligendo laborabant. Nominabantur Capita quatuor: Saxoniæ dux: Betlehem Gabor, Sabaudus, & Palatinus S. R. I. Elector, qui ante electionem Ferdinandi ſecundi apud ordines per legatos ſuos agebat, Baronem de Dona & Paplicium. Valetudinarium Mathiam, brevem ipſi dominandi ter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

terminum, ordinibus injungebant, diſponente de vita ipſius Altiſſimo, rationem Palatini haberent. Emtus pollicitis ad negotium Baro de Rupa. Interim oblinivêre dulcedine dominandi palatum Saxoni Electori; Comes Schlikius, Venceſlaus Baro Berka, Vdalricus, & Guilielmus Barones Chynsky, ad ſententiam ipſius ducentos è nobilitate nundinati ſunt. Scribitur Comitiorum dies; Cætus frequentiſſimus è trino Bohemorum ordine concurrit: Officio ſupremi Burgravii fungente Barone Bohuchivalo Berka, Cancellario ſupremo Barone Guilielmo de Rupa, qui nominata capita prolixiori concione ordinibus proponebat: neque unanimes erant iſto tempore Regni Bohemiæ cives, in Religione nectebatur nodus, animorum differentia diſcordiam parit. Diviſi per ſectas Bohemiæ Regni incolæ, Lutherani alii, alii fratres vvaldenſes, Huſſitæ alii, reliqui Papiſtæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

piſtæ audiri elegerunt. Periclitatur Regnum iſtud, quod cives diſcordes alit, ad convulſionem facile, diſcordantis verò Patriæ remedium non datur tutius, quam ut ab uno regeretur. Orditur orationem ſupremus Cancellarius: Generoſi, Nobiliſſimi, Ampliſſimi, omnes tres Regni Bohemiæ ordines, Domini & Confratres chariſſimi; Scitum habetis quanta pericula nobis in Religione, quanta in libertate Politica à Domo Auſtriaca obſultavêre, quæ partim vi, partim virtute noſtra repulimus, repellenda reſtant quæ duriora: diſciſſum utique in Religione Regnum incolimus, periculi pleno onere premimur, de capite proſpiciendum ferendo tanto oneri pari. Si familiæ antiquitatem, generis ſplendorem, virtutum catalogum, animi Heroici vaſtitatem adſpexerimus, ſi conſangvinitatem, ſi potentiam penſitaverimus, utique in Palatino Rheni reperie-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

mus facultatum Pelagus. Magna ipſi potentia domi cui copia octuaginta millium ſpatio tridui, aut quatridui ad nutum, non minor extera ab Angliæ Rege, ſuppeditari inde poſſe nunquam ceſſantem ſtipendiorum venam; adſunt ad latus Imperii proceres, quorum ipſe membrum princeps. Si Religionem volumus, in Orthodoxia is educatus eſt, quid deſideretur ad optatum noſtrum nil invenio. Veſtrum erit Patriæ Patres, requiſita põderare ad nogotium, ad trutinam examinare enarrata: ſi arriſerint, non cunctandum, periculum in mora eſt, me judice, pace nominatorum Magnatum id dixerim, par ipſi inter omnes eos, quos ſol adſpicit reperietur nullus. Abſoluto Sermone, Cæteri nominati ſunt, Dux Saxoniæ Elector. Betlehem Gabor, Sabaudus (cujus mentio ad favorem Mansfeldii) hinc ad ſuffragia deſcenſũ, ſuperabant Paatini ſuffragia cæteros, quinetiam ij

qui

qui ad ad partes Saxonis emti erant, Palatino vota dedêre, Accendit is actus bilem Saxoni, qui ab quatuor nominatis, oblato inani ineſcatus, deluſus eſt. Fovebat is odium erga Bohemos inteſtinum, efferbuerat tandem, in expugnatione Budeſſinenſi, cum honore exiguo. Concluſum Comitiis: Electione Palatini, deliguntur Comiſſarii omnium trium ordinum nomine, qui Regem electum adducerent, actum eſt id ſub exitu anni MDCXIX. circa autumnum. Excipitur à Pragenſibus maximo comitatu, ſpecie adornati exercitus. Introducto in Regnum Rege electo, de die Coronationis deliberatum, quæ erat circa dictum anni tempus quarta Novembris. Abſoluto actu ſolenni, bellica curæ erant, Generaliſſimi titulus Regi datus, Locumtenentis Generalis, Anhaltino; Mareſcalci generalis Comiti Hohenloenſi, campo for-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

mato, exercitum adaugere, Legiones, Cohortes, turmas ſupplere, arma procurare, de commeatu proſpicere, ac in cætera ad bellum neceſſaria advertere. Erant & Cæſareani vigilantes, Buquoius Cæſareo militi præerat, accerſuntur reliqua Hungarica præſidia, accedunt auxiliares legiones Bavaricæ Tillio curatore, ita ut cum omnibus ſubſidiis copiæ ſex & viginti millium coaluerint; Proſpectum inſuper de omni apparatu bellico, ne ullis egeret miles. Adornato exercitu, Cæſareani caſtra movere, Bohemiam invadere, Bohemi quoque acie inſtructâ procedere, hoſti frontem opponere; Mansfeldius ad partẽ volatilẽ curabat globũ, globũ certe aciem auſum. At Anhaltinus noxium Bohemis corde occultabat dolum, vel metum, nec Palatino, nec Bohemis fidus, princeps effæminati pectoris, obvias ſibi habebat, ter vel quater Cæſareanas cohortes, turmaſque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

quas conficere poterat, hoſtem debilitare, connivebat is toties, & intactas dimittebat, & quod majus, impedire invaſionem poterat, hoſtemque extra Regnum detinere, in peregrino ſolo belli firmare ſedem, ſed apricum videre debebat dolus, aut metus ipſius opertus. Scitum ipſi per exploratores dabatur, hoſtem ex defectu commeatuum debilitari quotidie, magnum ipſi comitatum, qui ab impedimentis, exercitus numerum adæquabant. Olfaciens id Buquoius, Anhaltinum Cæſareanam aciem fugere, petere profundiora Regni, tanto liberius ſequebatur, ibi ſævâ Tyrannide premere incolas, agros vaſtare, paſſim prædam agere, ſibi tamen ſuiſque in deterius, fugabat enim illos, qui copias ſuſtentare debebant; hinc ex defectu commeatuum major pars Cæſareani exercitus famê hauſta, ſi Anhaltino placuiſſet, fudere Buqoiū potuiſſet. Promptus quidem ad con-
ſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

ſerendum arma, erat Bohemicus miles, cordato fidoque duce carebat. Anhaltinus jam non Imperatoris, neque boni militis, ſed deſperati... vicem ſe gerere teſtabatur, ſicut tandem eventus docuit.

Quamvis vero, itineris longitudine, aliiſque vel mille incommoditatibus, nucleus quaſi Cæſareani exercitus erat conſumptus, tamen, ex reliqua iſta fæce, acie conflata imperitia iſta deteſtanda Anhaltina duplum cordis Buquoio addidit. Prachnicenſi primo circo ſeſe inſinuat, ubi Mansfeldiana præſidia. Netolicium mox adoritur circumvenitque Manſfeldium, qui ſubſidiarias Hohenloenſes Cohortes ex mandato Regis Ordinumque expectabat, at fruſtra: Fovebat enim Hohenloë ergà Manſfeldium occultum quoddam odium, quem extingvendum iſta occaſione cogitabat. Fuſus quidem iſto conflictu Mansfeldius, pauci interière. Nil his perterritus, quinimo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

magno animo virtutem nutriens, præſidia ſolvit, novumqne ex equitatu peditatuque conflat globum, conflictum ſanè auſum. Parante ipſi inſidias Buquoio, Manſfeldio id ſubolfaciente, turma una atque altera equitum, tranſitum Buquoio intercludere, prohibere ne penetrare poſſit; mox formato globo magno impetu in hoſtem fertur, turbatque, primo equitum turmas in fugam pellit, peditatus major pars interit, Buquoius ſauciatus evadit. Adveniunt tum ab Herbipolenſi & Bambergenſi ſubſidia octo millium. Optatus is adventus erat, qui ad complementum Cæſorum faciebat. Recens formata acie circum Zatecenſem invadit, ibi per turmas Polonicas hinc inde volitantes oppida, pagos, villaſque depopulari, ſævire flammis & quicquid hoſti licitum erat, crudelius agere. At Anhaltinus Pragam Regni metropolim, ubi ſedes Regia,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

adſpiciebat, caſtraque in monte albo, urbi vicino metatus eſt. Buquoius interim, in Zatecenſi circo præda acta, Slanenſem, Launenſem & Rakonicenſem in ſpolia rapit, ibi defectum quo premebatur, prædâ opimâ compenſat, exercitum ad extremum quaſi debilitatum, iterum reficit; aufert plurimos currus prædâ onuſtos, & Anhaltinum ſequitur; acceſſu vero difficiliori præpeditus, figere caſtra ex adverſo cogitur. Erat inter utrumque exercitum paſſuum vix octingentorum intercapedo. Extenuatus erat Bohemorum exercitus, infidelitate Ducum, imprudentiâ Regis & incuriâ ordinum, qui iſtis à quibus adverſæ parti venumdati ſunt fidebant. Næ iſta erat illorum maxima ſimplicitas, ſtipendia quibus militi ſatisferi debebat, Ducibus ad manus dabantur, ipſi ære adſervato, incolas militi in prædas dabant. Numerabantur pro copiis triginta

mil.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

millium ſtipendia, vix quatuordecim millia caſtra alebant, quanta ſimplicitas gentis bello non adſvetæ? quanta Regis incuria? quanta perverſitas ducum? ubi manet primorum noſtrorum Heroicus iſte ſangvis? ubi bellicæ virtutes? ubi antiqua iſta fidelitas? At proh dolor! loco virtutum, florent hodiè vitia; loco factotum Heroicorum, latrocinia exercentur. Erat Cæſareanis Praga ſedes Regia à fronte, quæ haud paucos Cæſari faventes alebat; correſpondebant iſti, cum duce Cæſareano Buquoio; ipſe vero quod prudentis militis erat, mente volvebat, cognitum enim ipſi erat, de potentia Pragenſium: inermes iſtos quibuſcum correſpondebat, non ipſum latebat, pro exploratoribus ipſos æſtimabat. Tilius vero rerum Pragenſium inſcius exploratorum narrata obſervabat, curſitabant enim per caſtra Bohemica, jam per urbem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

cuncta expiſcabantur. Duces Bohemici exercitus rerum incurii, tacite quippè cum hoſte conludebant, ſecuritatem in caſtris divulgarunt; hinc Legionum Tribuni, Capitanei cohortûm, Turmarum equitatus præfecti, Cæterique minoris officii, pars ſclopetariorum etiam, iſtâ ſecuritate cauti, Pragæ divagabantur, imò ea ipſa fatali die, quæ dies Dominicus erat, nil hoſtem tentaturum Dux Hohenloènſis per caſtra clamitabat, ita Legiones Bohemorum, nequidem hoſtem viſuræ multò minùs prælium cogitabant. Tilius autem, propiùs adſpecto negotio, rebus ſic ſtantibus, belli aleam prælio experiri conſultum invenit, lucratos inſuper ad partes ſuas ſciebat exercitus Bohemici Duces: globis tormentorum bellicorum caſtra Bohemica prius tentare, præcurſoria erant iſta, hoſtem exequi velle propoſitum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

tum, erat id Bohemis ad inſtruendam aciem ſat indicii, tamen Hohenloenſibus monitis infatuati, etiam iſta contemſère; dein Legionarii Tribuni, cæterique officiales, mandato Anhaltini Pragâ evocantur properè, periculum eſſe in mora vociferantis: Advotur etiam Rex ipſe in caſtra ſe conferret, præſentiâ ſuâ militem ad arma accenſurus, hora meridiana ipſi nominata fuit duodecima: convivabatur verò Rex cum Legato Anglico, protractô prandiô, horam neglexit. Interim Tilius per vicum anguſtiſſimum ab excubiis liberum, Legionem cataphractorum ad album montem amandat, tentarent fortunam monet; Tribunus Legionis expeditionem auſus, Caſtra Bohemica inruit, primo inſultu tormenta bellica ſurripit, renuebant Hohenloënſes Legiones conflictum, mandatum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

prælium ineundum non ipſis à Generali eſſe datum, nec erat ex peditatu qui carbonem gliſcentem oſtentaſſet; Equitatus ad fugam diſpoſitus. Auxiliares Legiones Moravorum duæ, trium millium pedeſtris capitum mille equeſtris Duce Strenuo Stubenſollio, contemtâ cunctatione Generalium, magno fragore in hoſtem detonuêre, turbata Legione Cataphractorum, tormenta bellica recuperavêre. Durante actione Cataphractorum, Polonicæ Legiones accurrunt, quæ cum Hungaris arma conſerunt, quibus in ſubſidium Hohenloënſes turmæ mandantur: ſequitur Polonos leviori s armaturæ equitatus, ſubſidium Cataphractis daturus. Adſilit ad Stubenſollii auxilium Legio Anhaltini junioris, vice Tribuni VVolfgangi de Leeben inſtinctu, adortus is quoque ſtrenuè hoſtem ſuum. Acriter ab utraque parte dimicatum, per horam atque alte-

alteram erat prælium anceps; deleta magna pars Polonorum ab Hungaris: creſcebant momentis ſingulis hoſtis copiæ: Equeſtris prima pugna erat: præſente jam hoſtium peditatu, vim patiebantur Hungari ab Hohenloënſi equitatu deſerti, qui primi in fugam ivere, etiam Hungaris ut per aperta ſalutem quærerent occaſionem dedêre: ſic primum agmen caſu ita coalitum (nulla quippè à parte Bohemorum formatâ certabatur acie, ſed quivis ex proprio arbitrio in prælium ibat) Bohemici exercitus, in fugam verſum, cruenta Cæſareanis victoria relicta. Iſtâ ſtragê primi agminis, totius exercitus ruina comitata eſt.

Anhaltinus, qui quaſi fax belli eſſe debebat, victoriæ exſpes, ſtudio enim ad confuſionem iſtam, ut Cæſari gratificaretur, negotium diſponebat, quod ipſum, binæ vel ternæ ipſius ad Cæſarem te-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

teſtantur literæ, in continuatione relationum prælo evulgatæ. Caſtra Bohemica hoſtem tentare, rumor ad Fridericum Regem defertur, interruptô convivio, equum conſcendit properè, caſtra periculo agitata viſurus, aderat globus equeſtris quingentorum capitum, eram & ego in iſto comitatu, turbati convivii auctor. Ad portam Strahovenſem accedente Rege, clauſa iſta erat, circumſpicit infelicem exercitus ſui fugam, videt repentes ad ſublime valli Duces, ipſorum equos cum mille aliis per aperta curſitantes, ſpectaculum ſanè deplorandum: clamore mulierum horrendo, Rex perterritus arcem repetebat. Fuga terribilis erat iſta, ne mortali quidem anima à parte hoſtis perſequente: nomine Regis, & ſupremi Burgravii portam aperire juſſi, ſervaretur domeſticus miles. Subita ac immatura, tanto magis ſuſpecta videbatur hoſti, iſta fuga, ſubti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

ſubtilem ſub ipſa opperiri dolum ratus, ne fortè propiùs ad urbem allectus, reiterato prælio fortunam adverſam experiretur: confluxit enim Pragam totus exercitus: decem & ſeptem, trecentorum capitum quævis, Curatoribus Comite de Turn juniori, & Schlemerſdorfio, præſidiariæ Pragæ alebantur cohortes; acceſſerunt recens, Hungarorum octo millia Coſteletium, ob dictam ſuſpicionem Cæſareanæ copiæ, miliare integrum à Caſtris Bohemorum retroceſſêre. Adverſam ſibi fortunam Rex Fridericus expertus, arce deſertâ, ut tutior eſſet, accepto diademate Regio, cum omnibus Bohemorum privilegiis in Antiquam urbem ad Primatorem Kirchmejerum ſe recepit. Quid in iſto turbato ſtatu agendum, urbis antiquæ Principes, Regem conſulendum mittunt; reſponſum ipſis per Comitem Turnium datur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Videre ipſos rerum domeſticarum in ipſo limine diſcrimen, urbis excidii periculum; conſulere ipſis Regem, ſicuti patrem filiis, in conditiones cum hoſte deſcenderunt, ita conſultum ipſis, familiæ, Patriæque tutiſſimè fore. Stimulabat interim Anhaltinus, malè ſibi conſcius, indeſinenter Regem, Pragam deſereret, contemneret negotium Bohemicum; monebant è contra Pragenſes, maneret Pragæ Fridericus, ſat ipſis virium eſſe, ad repellendum hoſtem, nihil adeſſe periculi; inſtabat Turnius junior cum Schlemerſdorfio, ſufficientes ipſos eſſe, cum ſeptemdecim nominatis cohortibus, ad prohibendum hoſtem, ne propiùs accederet; Offerebant cives octuaginta armatorum millia; aderant propè ut ſupra memoratum, quatuor milliaribus à Praga, Hungarorum qui recens advenerant, octo millia; Erat in urbe totus exercitus qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

qui fuga ſe ſervaverat, expectabat is ſignum tubæ vel tympani, lubens enim ad vexilla comparuiſſet. Ab hoſtis tergo Pilſnæ & Falkenowii Mansfeldica erant præſidia. Habebant hoc nomine Bohemi tantum virium, quibus Cæſareanus totaliter atteri potuiſſet miles. Prævalebat Anhaltini conſilium metu an ſcelere, Deus ſcit, plenũ; etenim perſuaſum is Regi fecerat, Pragenſibus ne fideret, ſe certo ſcire, in manus Imperatoris ipſum tradituros. Iſto falſo & ficto Regi incuſſo metu, Anhaltinus ſub diluculum diei ſequentis, Fridericum Pragâ propulit, relictô diademate Regio cum omnibus Bohemicis Privilegiis in foro aperto, facinus ſanè tanto Rege, Principe domus antiquiſſimæ, minimè condignum, alterius tamen culpâ commiſſum. Illuceſcente die, viſi per plateam tot onerati currus: Privilegia Regni cum diademate Regio eſſe, fuit inventum, in curiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

riam antiquæ urbis depoſita ſunt. Feſſus ex cruenta iſta ac inopinata Victoria Cæſareanus miles, vix refici poterat, deficiebant commeatus, vena ſtipendiorum ceſſabat; Peſtis in caſtris graſſabatur, quæ majorem partem exercitus hauſit, ita ſi per octiduum adhuc detenta fuiſſet, caſtra ſolvere neceſſario coacta fuiſſet Imperatoris poteſtas. Erant in promtu patriotæ nonnulli, quibus nil carum erat pro Patria, eſſe ad manus omnem belli nervum, nec defuiſſe quicquam: Bonus Imperator ſi acceſſiſſet, hoſtis ut ut potentis atterere potuiſſet vires, ab diſcrimine Bohemorum libertatem vindicaſſe. At primatum nonnulli, qui olim in Directorio curabant, quibus opes caræ plus quam vita erant, ſpe veniæ impetrandæ fruſtra lactati, ſubmittendum ſe Imperatori ſuadebant, die mercurii, quæ ab infelici iſta fuga dies tertia erat, commiſſa-

rios

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

rios expedivêre qui conditiones ab hoſte peterent; Præſidia Imperatoria excepturos. Optatum erat Cæſareanis propoſitum, in omnia petita conſenſêre, præſtitêre nihil.

Sic ſub ſalvo conductu, duo duces *Pragam* introducti, ad partes Cæſaris Buquoius, latus urbis dextrum, ad Bavari partes, Tilius, latus ſiniſtrum occupavit. Vulneratus Buquoius ſclopeti globulo, per teſticulum dextrum, diu Pragæ decumbebat. Fridericus interim rectà Sileſiam petebat; cum Wratiſlawiam appuliſſet, perterriti Sileſii ipſius adventu, Viceſies & quater centena millia imperialium, ſumeret de hoſte vindictam, ipſi offerebant, media utique erant ad repellendum hoſtem ſat ſufficientia, dabatur ipſi ad manus, ipſe nervus belli, contemſit honeſtum etiam iſtud, nutu Anhaltini oblatum; inſuſurrabat is Regi, rerum Bohemicarum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

obliviſceretur, tutam magis in Batavos peteret auram. Ita bonus Rex, bello non adſvetus, exiguum ſtrepentibus armis, ictu non adeò cruento perculſus, perſuaderi ſibi ad fugam ne homine perſequente paſſus eſt, victus non armis, ſed conſiliis inferior attritus eſt; Si diadema Regium cum adjacenti theſauro ſecum abſtuliſſet, feciſſet Regis officium; omni potius fortuna contemta, exilium miſerrimum elegit. Buquoius & Tilius, Pragæ res Cæſareanas curabant. exegêre primò à civibus fidelitatis imò ſervitutis juramentum, mox armis exutis in prædam ab Imperatore datum eſſe Regnum Bohemiæ cum incorporatis affirmabant. ſpolia ſanè ampla reperére; Venere quoque non minùs furenti deſæviebant, ad fœdam uſuram ſtupri, matronas virgineſque raptantes, é nobilitate, patriciis, & è plebe; & quod extremum in Tyrannide etiam in privatos lares

res

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

res vim exercebant, ne quidem ultima libertatis umbra relicta: vitio imperitantis, mala iſta Bohemis ſunt accerſitia: Directorum qui Pragæ manſerant, ſingulis Capitaneus ad latus datus; ultima quæ ipſis fatalis erat die, capitanei remoti ſunt, tanto plus ſpei ad veniam id ipſis addidit. Moniti à Tilio (erat is maximus Bohemorum fautor) per amicum, fugâ ſibi conſulerent properè, erat id factu facilè, executoribus conniventibus; falſâ ſpe veniæ detenti, non ſibi perſuaderi paſſi ſunt. Eadem ipſa nocte apprehenſi omnes, & ſinguli, in carceres conjecti ſunt, pars major ipſorum capite truncatur, pars ſuffocatur laqueis, pars per quadras diſſecatur; non Imperatore id ipſum jubente, qui nunquam ſitibundus humani cruoris erat, ſed iſtis ipſis qui è feneſtra volitabant, ſententiam dicentibus. Inſontes erant iſti qui pænas dedêre, rei facinoris, fugâ vitæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

conſuluerunt. Nil iſta tempeſtate jura æquique bonique valebant, furore cuncta ſuperabat ſæva Tyrannis: ex nudo odio multi ad ſupplicia trahebantur, punitis illis, demum de culpa inquirebatur; Religio eſſet, etiam Ethnicis exercere tales proceſſus: Rebus ſic procedentibus ſupererant Manſfeldica præſidia Pilſnæ & Falkenovii: qui Falkenovii commendabat, de deditione loci à Cæſareanis tentabatur, nec renuebat, (heroici pectoris utique vir erat) de die certa cum ipſis convenit, relicturum ſe circà meridiem portam apertam, ab excubiis nudam, daturum ſignum, excitatis æde atque altera flammis, equitatu, primum urbem inruerent, peditatus ſequeretur. Curator præſidii, de negotio interim proſpicit, per plateam quæ à dicta, lineâ rectâ ad forum uſque tendit, paululum in circum, ingreſſu fori ſeſe incurvans, ab utroque vici latere, ſclope-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

petarios denſiori ordine diſponit, ad frontem platea tormenta tria bellica farra gine globorum ſclopetariorum onerata plantat: dolia decem pice oblita accendi mandat, incredibilis ſupra urbem elevabatur flamma fumum in faciem hoſtis vento pellente. Conſpecto Cæſareani ſigno, ſummo impetu, equitatu, urbem inruunt, plateam nominatam occupant, ſequitur peditatus portam poſſidere ſe ratus. Repletâ ab hoſte plateâ dictâ, ſignum tuba tympanoque ad arma datur, petitur ſclopetorum vi ab utroque latere equitatus, mox tormenta bellica exploduntur; equitum, equorumque cadaveribus platea mox conſtrata, nec tempus fugæ datur, iis qui terga vertebant; alter alterum atterebat; peditum major pars equorum calce deleta, Cæteri è peditatu portâ deſertâ, fugâ cruentâ, vitæ conſulebant. Iſtâ ſtrage, Netolicianam cædem Mansfeldius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

recompenſavit; de Pilſnæ deditione, ſecretarius Manſfeldicus Porto, conſenſu Auditoris generalis Licentiati Leiningeri, cum Tilio tacitè tranſigebat; diebus paucis ad deditionem ventum, Manſfeldio malè contento; qui tum exercitum volantem circa Netolitium curabant; Leiningerus tandem ob ſcelus capite privatus; reportaſſet eandem repenſam Porto, ni Cæſareanas partes elegiſſet. Hinc Manſfeldius in Palatinatum caſtra movet; reſiduus hinc inde diſperſus miles, ad partes Cæſareanas ſcriptus eſt. Diſpoſitis Pragæ præſidiis Buquoius & Tilius; copiis motis, à Comiſſariis Cæſarianis, in Moraviam primò, iſthinc in Sileſiam, & ſuperiorem Auſtriam, ultimò quoque in Hungariam ducti ſunt, Sacramentum fidelitatis & ſubjectionis ab incorporatis & confæderatis Regni Bohemiæ exacturi. Ita Bohemia partim vi, partim ſcelere ſub poteſtatem Cæ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

ſaris data, in hæreditatem domus Auſtriacæ, ut ajunt, acquiſita: at nulla ſcelere, aut vi acqniſita potentia diuturna eſt, de malè quæſitis non gaudet tertius hæres· Hucuſque protrahebantur recenſitum negotium, ſic ceſſavit bellum Bohemicum. Effudit Saxo poſthac acriùs in Bohemos bilem: in Comitiis Vlmenſibus abſcidi Regnum Bohemiæ ab Imperio, magna cum ignominia Electoralis dignitatis paſſus eſt: Acceſſit ſententia Palatini, quæ numerum votorum auxit, factore Camerario. Demum in hæreditatem domus Auſtriacæ ceſſiſſe, jure gladii Bohemiæ Regnum diſpalabatur. Dubitatur inter Politicos, utrum domui Auſtriacæ eo nomine quippiam ſit adquiſitum necne? Aut enim Ferdinandus Secundus, ſicut Imperator, deſcriptum bellum geſſit, aut ſicuti Rex Bohemiæ: Si Imperatoria auctoritate gladium erga Bohemos ſtrinxit, manſitque ſuperior, utique

quicquid gladio ſubegit, id Imperio acquiſivit, Atqui Bohemi nihil unquam contrà Imperium intentarunt, multominus ab Imperio ſeparati fuerunt, non ergò iſti parti adquiri poterat, quod ſemper manſit adnexum.

Quod ſi verò ſicuti Rex Bohemiæ ob perjurium depoſitus, ipſos gladio adortus eſt, oppreſſitque, domeſticæ inquietudini conſuluit; peregrina enim jus gladii adquirit; domeſticas turbas compeſcit tantum. Nihil in iſta actione intererat domus Auſtriacæ, quâ talis, ſed quâ Regiâ dignitate cohoneſtatæ, nihil ergò jure gladii in hæreditatem ipſi adquiſitum. Nota. † †.

Derivare volunt adulatores nonnulli è Ieſuitica ſobole ab antiquitate ſucceſſionem iſtam, in domum Auſtriacam, hæreditariam, domus iſtius famoſiſſimæ, magna cum ignominia, (univerſitate Chriſtia-

† † Obtinuerit licet in actione dicta victoriæ quocunq; titulo triumphum: Regnũ ipſi in rapinã tantũ; in captivitatẽ jure belli ceſſere Incolę, in ſervitutem aut hæreditatem neutiquam. Enimvero ex antiqua laudabilique conſvetudine apud Chriſtianos receptum eſt, ut capti hinc inde, utcunq; juſto bello non fierent ſervi, ſed liberi ſerventur, donec ſolvant λύτρον ſive pretiũ redemtionis (Boer. deciſ: 178. Bald. in l. hoſtes D. de Captiv. Alciatus in l. hoſtes D. de verb. ſigni. reg. Hiſp. l. 1. tit. 29. p. 2.) Liberæ enim perſonæ in bello captæ & in ſervitutem redactæ ſi ad ſuos revertantur, quocunq; modo poteſtatem hoſtium evaſerint, priſtinam libertatem recipiunt. (l. nihil inter &c. D. de captiv.) Recuperãt quippe ab hoſtibus reverſi, omne jus quod captivitate amiſerunt, jure ſcilicet poſtliminii (l. poſtliminiũ in prin: D. de captiv:) quia omnibus hominibus, cujuſcunq; ſexus, ætatis vel conditionis, favet jus poſtliminii.

Poſito

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Poſito admiſſus fuiſſet ad Dominium Ferdinandus, tantò minus jus gladii ibi valuiſſet, quod in hoſtẽ apertũ cadit, in domeſticis turbis nil vigoris habet, quas ut ſuprà diuctm, Compeſcit tantum; ſecus ſi fiat, Tyrannis eſt, quod vero per Tyrannidem extorquetur, vi expreſſũ dicitur, Cenſeturq; nullius momenti (l. 2. 3. D. de oblig. & act. dd. D. De eo quod metus cauſ. l. ſi per expreſ. ſ. de his quæ vi vel metus cauſa. ſ. conven. 23. q. 8.) Inſuper jus gladii duplicẽ habet clauſulam tacitam & apertam. Hinc jure gladii, dupliciter adquiritur, tacitè per fas & nefas; ſcelere, & dolo, omniſq; generis ſtratagemate: aperte vero magis honeſtè, fit enim vi apertâ, Marte aperto. Scelere verò & dolo magis quã marte aperto à Ferdinãdo erãt ſuperati Bohemi, quo nomine ſub poteſtatẽ cecidere victoris, jure tamẽ poſtlimini ipſis ut ingenuis manẽte integro. Eodẽ titulo pro libertate recuperãda erit ipſis in favorem utraq; clauſula.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

ſtianitatis ſecus ſentiente) ab exemplo Familiæ Libuſſinæ patrocinio ſumto, abutuntur exemplo iſto; quamvis enim penes poſteritatem Libuſſæ, regimen ſervabatur. electivè tamen ſingulos ſucceſſiſſe, & ex gratia Primorum gentis, totiuſque concilii, libero Populi arbitrio, omnes iſtos actus proceſſiſſe. Eadem libertate electionis Auſtriacæ domus ſucceſſoribus regimen deferebatur, quod ſingularis affectionis erga regentes notam dabat: magnum exemplar ingratitudinis foret, eo nomine liberam eligendi poteſtatem debilitare velle, & jus hæreditariæ ſucceſſionis ſibi attribuere. Quamvis in omni Regno electivo, proximorum defuncti ratio ſemper habebatur, attamen ex eo Regnum haud electivum eſſe non ritè concluditur. Beſold. de Regia ſucceſſione lib. 2. diſſer. 1. Abſurdum etiam eſſet, ex merè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

voluntaria ac liberrima facultate, neceſſarium inferre. Summa ingratitudo, enormiſque injuria eſt iſta, liberrimam ſinceritatem ordinum, contrà ipſorum mentem & voluntatem, in hæreditariam ſucceſſionem detorqueri. Ex intentione agentium dijudicatur actus, & ex deſtinatione, vel propoſito contrahentium, regulantur contractus.

Cum vero nulli Principum fas ſit quidquam contra leges præſertim juratas attentare, (vaſq. lib. j. cap. j. num. 15.) ſequitur quod quicquid contrà privilegia, ſtatuta vel juramenta Regia pactum vel attentatum eſt, ipſo jure nullum ſit. Recepta omnium Politicorum ſententia, quod nullus Princeps ea facere poſſit, quæ ſtatum, dignitatem & libertatem populi, Regni præſertim electitii labefactare vel infringere poſſit.

Ea enim conditione & lege, corona donatur: ut nimirum omnia Regni jura

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

jura, leges, conſuetudines, & ſtatuta, ſalva, ſarta tectaque conſervare velit. Vt verò nihil juris *Princeps* in illis vindicare poteſt, quæ ſibi populus expreſſè reſervavit, ita quoque nullam diſponendi de iiſdem habet poteſtatem. In omni electivo Regno, cum certa perſona vel familia eſt electa, tunc alia ſubrogari vel ſubſtitui nequit: nemo enim plus juris in alium tranſferre poteſt, quàm ipſe habuit. Agnoverunt, faſſique ſunt & reverſalibus liberam Electionem Bohemorum confirmarunt Maximilianus II. Rudolphus II. Mathias II, & Ferdinandus II.tamen nec Maximilianus in Rudolphum, neque Rudolphus in Mathiam, multò minus Mathias in Ferdinandum, jus ſucceſſionis ullum, niſi conſenſu ordinum certis conditionibus interpoſitis tranſferre potuit; ſubditi enim inviti alienari non poſſunt: Brukm:tract. de ſolut. poteſt. memb. 2. cap. 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Habebat quidem Ferdinandus Secundus unum atque alterum ad partem ſuam è primoribus Regni, papiſticæ Religioni addictum, Ieſuiticum mancipium, qui inſuſurrabat nefandum facinus; at auctoritas duorum vel trium, ex tanta multitudine nihil valebat: quod enim omnes tangit, ab omnibus debet vel approbari, vel improbari, & unumquodque eo quod eſt ligatum conſtitutumque vinculo, iterum diſſolvendum eſt. Vnde ſolius Imperatoris facto, & unius vel alterius Electoris aſſenſu privatim dato, publica illa Imperii lex abrogari & diſſolvi nequit: ut nec ea ſingulariter, & ſeorſim mutari, quæ ab univerſitate collegialiter conſtituta ſunt. Brukm. in tract. de ſceleſt. abſolut. C. 4. effect. 3. memb. 1. n. 3. & ſepp. Quippe quod univerſitati in perpetuum ex lege publica datum durat, quamdiu ipſa univerſitas conſiſtit & manet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Confirmatam ab antiquitate liberam electionis Bohemorum facultatem, complurium Imperatorum autoritates teſtantur, Ab anno CIↃ CI. Auctoritate Imperatoris Henrici quarti, libertas Electionis Bohemis adjudicata, auctore Dubravio. Approbante etiam electionem liberam volitante Bohemico vexillo, inveſtitura Lotharii Cæſaris. Cæſar Philippus quoque peculiari privilegio.

Anno CIↃ CC. libertatem dictæ Electionis donavit non tantum in genere, diverſis diplomatibus, jus liberæ electionis Bohemis confirmavit, ſed etiam in ſpecie, Anno CIↃ CC XXVI. Venceſlao primo ſuperſtite adhuc Patre ipſius Rege Przemiſlao dicto jam modo ab ordinibus in Regem deſignato.

Electionem iſtam ampliſſimâ formâ approbavit, etiam poſt exceſſum Patris, per inveſtituram Regni Bohemiæ realiter corroboravit. Per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Cæſarem Richardum, non minus nominata toties libera electio Bohemorum ratificata eſt. Acceſſit inveſtitura Cæſaris Rudolphi primi, Ottagari Regis Bohemiæ electi, qui eandem libertatem certiorem reddidit. Et quamvis Carolus quartus Anno CIↃ CCC XLVIII. plurima, inſtinctu ſuſurronum nonnullorum ſobolis Papiſticæ, attentaſſet, libertatem iſtam Bohemicam reſcindendi, reſtringendique, urgente tamen conſcientiâ, ipſaque veritate ipſum compellente, in declaratione ſua fateri coactus eſt. Principes ac Ordines Regni Bohemiæ, non tantum ex obitu Regiæ ſtirpis, ſed quocunque etiam alio caſu vel modo, regno Bohemiæ vacante, libertatem eligendi Regem, juſtè, ritè & legitimè ipſis competere, quod ipſum Chirographi Cæſarei ſubſcriptione ipſis confirmare placuit. Inſuper, idem privilegium aureæ bellæ inſeri man-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

mandavit : exceptis generis ſucceſſionum figmentis, niſi ex libero ordinum arbitrio tales contigerint : verbis ſequentibus juſſit exprimi : Salvis ſemper privilegiis, juribus & conſuetudinibus Regni noſtri Bohemiæ ſuper electione in caſu vacationis, per Regnicolas (qui jus haberent eligendi Regem Bohemum) facienda, juxtà continentiam eorundem privilegiorum, & obſervatam conſuetudinem diuturnam, à divis Romanorum Imperatoribus obtentorum, quibus & hujusmodi ſanctione Imperiali, in nullo præjudicari volumus ; imò ipſa decernimus nunc & perpetuis futuris temporibus, in omni ſuo tenore & forma, indubiam tenere roboris firmitatem : Hæc verba formalia Imperatoris Caroli quarti juſſu ut dictum, aureæ bullæ inſerta. Conceſſit etiam Regalia Regno Electo jam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Bohemiæ Regi Georgio, Fridericus tertius, mandatumque diſpalleſcere ſivit inter ſubditos, pro Rege ab ipſis agnoſceretur; omniaque jura, libertates, gratias, donationes, conceſſiones, indulta, & conſvetudines Regni Bohemiæ, ſigillo bonæ fidei obſignavit; imò privilegia ipſorum, immunitateſque ex mera gratia auxit: Impetravit præterea idem Fridericus tertius, apud Papam pium ſecundum, nomine Georgii Bohemiæ Regis pro Rege liberè electo, ab ipſo agnoſceretur. Quod ipſum non tantum diplomate Pontificiali obfirmare, ſed etiam Regio titulo, nomineque & dignitate Regis Bohemiæ cohoneſtare, & ad magnum iſtum conventum Mantuanum, dictum Georgium invitare dignatus eſt. Iunctus fœdere Caſimirus, Poloniæ Rex, cum Georgio, ipſum pro Rege legitimè ab Ordinibus Bohemiæ electo agnoſcit. Etiam ipſi Electores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

ctores Imperii, Palatinus, Saxo, & Brandenburgicus, verùm, jure libertatis Bohemicæ electum Regem, venerati ſunt, cum ipſo de limitaneis, feudalibuſque pactis tranſegerunt, ſacramenti ſigillo obfirmarunt, quo nomine electio ipſius ordinumque Bohemiæ libertas approbata eſt. Recenſeri poſſet auctoritatum Catalogus quem compendium præſens ſcribere non admittit: Curioſus lector, cui ſtatera æqui bonique in corde eſt, ſcriptum deductionis Bohemicæ & Apologiam Bohemorum magnam conſulere poterit, ibi de materia iſta uberius.

Quid non peſtilens iſta Ieſuitica ſoboles ſemper auſa, ne quidem ipſi Pontifici maximo parcere, non Imperatoriæ Majeſtati indulgere, nec ullum præterire Regum; moliri dignitatem Pontificiam: Imperatoriam Majeſtatem intentare; adfricare ſeſe ad Poteſtatem Regiam: ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

extremum etiam deturbare excidii diſcrimen, modo vernacula ſatietur Imperitandi lubidine, quo potentiùs virus ſuum effunderet, Rudolphum Secundum Romanorum Imperatorem, veneno extinxit: nec Mathiæ Cæſari, ut ut laxatis habenis furens, pepercit: Ferdinandum Secundum in mancipium adſcivit, eodem contagio conſiliarii Cæſaris univerſi infecti ſunt. Creaturæ ipſi ſunt Ieſuitarum, Caput mancipium. Formatum conſilium, ipſo Sathana cætum dirigente, non modo in libertatem Politicam, ſed etiam in conſcientiam gentis, omni auctoritate ſupremæ poteſtatis contemta, ſævitum, ô ſcelus! Inferius Imperatoria Majeſtate eſt, ſocietate, in quam omnis ſentina malitiæ confluxerat, mancipari. Primorum ſuorum, Pontificum, Imperatorum, Regumque diplomata, placita, ſtatuta contemnere, nefas eſt. Iratos is ſibi experietur ſuperos, qui fra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

fractor legis eſt, cum ex ima Majeſtatis ſede deturbabitur. Eodem capiſtro, ab Lojoliſtica iſta peſte Ferdinandus tertius frenatur, ô miſerum ipſum, niſi oculos retexerit properè, convelletur è tribunali & ipſe: malè enim ibi imperatur ubi vulgus regit Duces: Mancipium Ieſuitarum & ipſe eſt, regitur Lojoliſticis conſiliis: ad nutum ipſorum eſt, ergo ſuiipſius impotens. Vniverſæ Chriſtianitatis Magnates, ſub contributione Ieſuitica premuntur. Ipſe enim Sathan ſeſe amicivit ſpecie Lojoliſticæ iſtius ſobolis ut mortalitati imponeret, prodiit ultimis hiſce diebus ad aucupium, dulcedine Religionis oblitam harundinem erexit, Idololatrias, DEO exoſæ conſtraram ſemine qui gereret, Ieſuitæ eſſe debebant, nomen auſuitæ eſſe debebant, nomen aucupis reſponderet glutini. Abuſus eſt iſte ad facinus pra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

vum Ieſu nominis. Non poterat, inſtrumentum magis conveniens excogitare ad negotium Sathan; ſucceſſit utique optatum; multitudinem mortalitatis lucratus eſt, tenetur repenſâ aucupibus. Dextrâ ſede apud inferos ipſos cohoneſtabit, igne perpetuitatis donabit; addet altiſſimus inextinguibilem cruciatus plagam, qui nomen ſanctum ſuum prophanari, nec honorem ipſi ſoli debitum ſibi ſurripi unquam patietur. Quam iniquè, quam injuſtè hactenus cum Regno Bohemiæ actum lector ſincerus judicet, præſens eſt vindicta Altiſſimi; Turbulentum iſtud, igni ferroque trepidans hoc ipſum experitur Imperium; fructus ſunt iſti, ſceleſtis, perverſi, ac deteſtandi ſæpius nominati conſilii, quô Famoſiſſima, antiquiſſimaque periclitatur domus Auſtriaca, interitui proxima, *Patiuntur* ſub ipſa Bohemi, ob culpam quâ ad pænam proritarunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

runt Altiſſimum, placabunt ipſum verâ, ac ſeriâ pænitentiâ; in Caſu libertatis, favere ipſis jus poſtlimi-nii, habebat tantum ſolatii.

Quæ confirmarent de libertate Bohemorum enarrata; Diplomata, Inveſtituras, & Reverſalia nonnulla Imperatorum Regumque adnectere placuit.

FRIDERICI SECVNDI,

CONFIRMATIO VVENCESLAI Primi Regis Bohemiæ.

FRIDERICVS Secundus, Divinâ favente Clementiâ Romanorum Rex Semper Auguſtus & Rex Siciliæ.

Si ſpecialibus, & expertis fidelibus & dilectis noſtris, gratiam facimus ſpecialem, non eſt indignum, ſed conſonat omnimodæ æquitati. Ea propter univerſis Imperii fidelibus, tam præſentibus quam

futuris, in perpetuum notum eſſe volumus, quod miſſo ad pręſentiam noſtram, Benedicto Venerabili Archidiacono Belinenſi, expoſuerunt Celſitudini noſtræ, dilecti fideles noſtri Henricus Marchio Moraviæ, & univerſitas Magnatum & Nobilium Bohemiæ: quod communi voluntate, & aſſenſu dilecti noſtri Odacrii Illuſtris Regis Bohemiæ, elegerunt in Regem eorum, Venceſlaum Filium ipſius Regis Bohemiæ primogenitum, propter quod Majeſtati noſtræ attentius ſupplicarunt, ut electionem ipſius Venceſlai ratam haberemus ac firmam, & eidem noſtrum benignum impertiremur aſſenſum. Nos autem quia votivæ ſupplicationis hujus affectum ex magnæ fidelitatis ardore, novimus provenire, conſiderantes ſinceritatem fidei, & puræ devotionis ipſius.

Odacrii Regis Bohemiæ, quam erga Majeſtatem noſtram hactenus ha-

habuiſſe dignoſcitur, attendentes etiam obſequia filii ſui Wenceſlai dilecti ſororii noſtri, quæ nobis & Imperio fideliter poterit exhibere, de ſolita gratia noſtra, & conſilio Principum & magnatum Imperii qui tunc circa nos exiſtebant, Electionem præfatam ratam habemus ac firmam, & concedimus eidem Wenceſlao, totum Regnum Bohemiæ, cum terminis & omni jure & honore ac rationibus eidem Regno pertinentibus, ſicut ipſum Regnum Pater ſuus, & alii prædeceſſores ſui, tam Duces quàm Reges: mandamus itaque & firmiter ſtatuimus; ut quæcunque perſona Eccleſiaſtica vel ſecularis, hanc noſtram confirmationem, & conceſſionem infringere, vel evacuare præſumſerit, mille libras auri puri componat: quarum medietas Curiæ noſtræ, altera verò injuriam paſſis perſolvatur. Vt autem hæc rata & firma in perpetuum per-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

perſeverent, præſens privilegium ſcribi, & bulla aurea typario noſtræ Majeſtatis impreſſa, præcepimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt; Siffridus Auguſtenſis Epiſcopus, Vlricus Abbas S. Galli, Cono Abbas Elvacenſis; Henricus Abbas Campidonenſis; Rudolphus Palatinus Comes de Tuingen; Comes Hartemãnus de Wirtenberg: Comes Ludovicus frater ejus; Hermannus Marchio de Baden; Hugo junior Palatinus de Tuingen, Comes Ludovicus de Ottingen; Bertholdus de Nyſen: Anſelmus de Iuſtingen, Mareſchalcus, Valterus de Zeph, pincerna, & alii quam plures. Ego Conradus Metenſis & Spirenſis Epiſcopus; Imperialis aulæ Cancellarius, vice Domini Siffridi Moguntinenſis ſedis Archiepiſcopi, & totius Germaniæ ArchiCancellarii, recognovi! Acta ſunt hæc anno Dominicæ incarnationis CIↃ CC XVI. Septimo Cal. Auguſti, Indictione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

dictione quarta, Regnante Domino noſtro Friderico Secundo DEI gratia Romanorum Rege ſemper Auguſto, & Rege Siciliæ, anno Regni Romani ipſius quarto; & Siciliæ decimo octavo: feliciter Amen. Datum apud Vlmam, per manus Bartholdi de Nyffen, Imperialis aulæ protonotarii: Anno, menſe, & indictione prætitulatis.

PRIVILEGIUM FRIDERICI SECUNDI Imperatoris ſuper immunitates, exemtiones, & Electiones Regum, & incolarum Bohemiæ.

FRIDERICUS Divina favente clementia Romanorum Imperator electus, & ſemper Auguſtus. Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ. Cum decor & poteſtas Imperii noſtrum præceſſerit ſtatum, ut non ſolum cæ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

terorum Principum dignitates, verũ etiam ſceptra Regalia à noſtra conferantur Majeſtate, glorioſum putamus ac Magnificum, quod in tanto noſtrę largitatis beneficio & aliis creſcit Regiæ dignitatis augmentũ, nec ob hoc eminẽtia noſtra aliquod patitur detrimentũ. Inde eſt quod nos attendentes præclara devotionis obſequia, quæ univerſæ Bohemorum gens, ab antiquo tempore Romano exhibuit Imperio, tam fideliter quã devotè; Et quod Illuſtris Rex eorum Ottagarus, à primo inter alios Principes ſpecialiter præ cæteris, in Imperatorem nos elegit, & noſtræ electionis perſeverantiæ diligenter & utiliter adſtiterit, ſicut dilectus patruus noſter p. m. Rex Philippus, omnium Principum habito conſilio per ſuum privilegium inſtituit; ipſum Regem conſtituimus & confirmamus, & tam ſanctam & dignam conſtitutionem approbamus. Regnumque Bohemiæ liberaliter & abſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

abſque omni pecuniæ exactione, & Conſveta curiæ noſtræ juſtitia, ſibi ſuisque ſucceſſoribus in perpetuum concedimus, volentes, ut quicunque ab ipſis in Regem electus fuerit, ad nos vel ſucceſſores noſtros accedat, Regalia debito modo recepturus. Omnes etiam terminos, qui prædicto Regno attinere videntur, quocunque modo alienati ſint ei & ſucceſſoribus ſuis poſſidendos indulgemus. Ius quoque & auctoritatem inveſtiendi Epiſcopos Regni ſui, integraliter ſibi, & hæredibus ſuis concedimus, ita tamen, ut ipſi ea gaudeant libertate & ſecuritate, quam à noſtris prædeceſſoribus habere conſveverunt. De noſtræ autem liberalitatis munificentia ſtatuimus, quod Illuſtris Rex prædictus, vel hęredes ſui ad nullã Curiam noſtram venire teneantur, niſi quam nos apud Bamberg, vel Nurenberg celebrandam indixerimus, vel ſi apud Merſeburg curiã celebrari decreverimus

rimus ipſi ſic venire teneantur. Quod ſi dux Poloniæ vocatus acceſſerit, ipſi ſibi Ducatum præſtare debeant, ſicuti anteceſſores ſui quondam Bohemiæ Regis facere conſueverunt, ſic tamen ut ſpatium ſex hebdomadarum veniendi ad prædictas curias eis præfigatur, ſalvo tamen quod ſi nos vel ſucceſſores noſtros, Romæ coronari contigerit, ipſius prædicti Regis Ottocari vel ſucceſſorum ſuorum, relinquimus arbitrio, utrum ipſi trecentos armatos nobis tranſmittant, vel trecentas marchas perſolvant; Ad hujus autem conſtitutionis & confirmationis noſtræ memoriam & robur perpetuò valiturum præſens privilegium, per manus Henrici de Pariſiis Notarii & fidelis noſtri ſcribæ, & bulla noſtra aurea juſſimus communiri, Anno, Menſe, & Indictione ſubſcriptis. Hujus rei teſtes ſunt iſti: Archiepiſcopus Barenſis, Epiſcopus Tridentinus: Epiſc. Baſilienſis. Epiſc.

Con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Conſtantienſis: Epiſc. Curienſis. Abbas Augenſis: Abbas San-Galli, Abbas de Wittebro. Bertholdus de Niſphe, Regalis Curiæ protonotarius, Comes Vlricus de Chiburg; Comes Rudolphus de Habſpurg; & Landgravius de Alſatia; Comites Ludovicus & Hermannus de Frebure; Comes Varnerus de Hohenburg; Arnoldus nobilis de Vart: Rudolphus advocatus de Raphte ſhinilare, Rodulphus de Ramensberk: Alberto de Tanchhuſe Camerarius, & alii quamplures Magnates, & Nobiles & liberi, quorum teſtimonio hoc privilegium conſtat eſſe confirmatum. Acta ſunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis MCCXII. Menſe Septemb. quintæ decimæ indictionis. Regni verò Domini noſtri FREDERICI Illuſtriſſimi Romanorum Imratoris electi & ſemper Auguſti, Regis ſiciliȩ, quintodecimo. Datũ in nobili Civitate Baſilea per manus Vlrici vicenotarii VI Kalend: Octob: feliciter Amen.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

PRIVILEGII HVIVS FRIDERICI II. de Immunitate, Exemtione & Electione Regum & Incolarum Bohemiæ additur CAROLI QUARTI, verbis ſequentibus Confirmatio.

CAROLUS D. G. Romanorum Rex, ſemper Aug: & Bohemiæ Rex, Ad perpetuam rei memoriam, innata cordi noſtro benignitas, circa fidelium ac devotorum noſtrorum honores & commoda continuis intenta vigiliis, votis ipſorum annuere, jugiter nos inducit: quoties poſcenti vox eſt juſta: In hoc enim liberalitatis noſtræ non errat intentio, ſed Regalis ſceptri faſtigium extollere, ſalubriter arbitratur. ſanè ad noſtræ Celſitudinis Ven: Epiſcopus Pragenſis; Olmucenſis, Vratiſlavienſis, Litomiſchlenſis Epiſcopi, nec non Illuſtris Iohannes Carinthiæ, Comesque Tyrolis, & Goriciæ, Germanus noſter Chariſ-

ſimus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

ſimus, ac Nicolaus Oppaviæ, & Ratiboriæ Duces, Principes, Barones, Proceres, & Nobiles, Regni noſtri Bohemiæ, & pertinentibus ejuſdem præſentiam accedentes, nobis humiliter ſupplicarunt, ut quaſdam literas FRIDERICI SECUNDI Divi Rom: Imp: electi, Prædeceſſoris noſtri nobis per ipſos exhibitas, quarum tenor & ſeries ſequitur in hæc verba (FRIDERICUS Divina Favente clementiâ &c.) noſtra confirmare authoritate Regia dignaremur. Nos utiq; præfatorum Prælatorum, Ducum, Procerum, Principum, Baronum, & Nobilium, quos honoris, & felicis ſtatus Romani Regni & ſacri Imperii fideles & ſolicitos præ cæteris novimus Zelatores: Ipſumque Regnum Bohemiæ, Romani Regni membrum, ferè nobilius, ſupplicationibus benignius inclinati, præfatas literas, ac omnia & ſingula contenta, in eiſdem laudamus, ratificamus, approbamus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

confirmamus, & de novo ex certa ſcientia do noſtræ Romanæ Regiæ plenitudine poteſtatis, præfatis Regni Prælatis, Ducibus, Principibus, ac Vniverſitati Regni ipſius, & pertinentiarum ejuſdem, ad uſum & opus Regum Bohemiæ in perpetuum damus, tenore præſentium, conferimus, donamus. Omnem diminutionem & defectum, ſi quis in præmiſſis fuerit, de uberiori dono Maieſtatis Romanæ, Regiæ, & plenitudine poteſtatis reparantes omnimodè & ſupplentes: Verum tamen ſi circa contenta, in præfatis literis nonnulli calumniari aut ea interpretari ſiniſtré, ſeu in ſenſum reprobum declarare, imò veriùs, obſcurare forſitan niterentur, ad tollendum de medio omne dubium, vel obſcurum quibus dictarum ſeries aſpergitur literarum ut Regni Bohemiæ præfati, ipſiusque incolarum ſtatus in ſincera Imperii dilectionis perſeveret concordia, & uni-

unitatem in vinculo pacis ſervet, ac incolæ dicti Regni, his quæ diſſidentiæ materia poſſint eſſe temporibus futuris, & animarum ac corporum inde naſcituris periculis, rerumque diſpendiis proventuris ſolerti præventione, antequam ordiantur, tam prudenter quam ſalubriter præciſis, tanquam manſveti terram hæreditent, & in pacis multitudine delectentur, Electionem Regis Bohemiæ in caſu duntaxat & eventu, quibus de genealogia, progenie, vel ſemine aut proſapia Regali Bohemiæ, maſculus vel femella ſuperſtes legitimus, quod DEUS avertat, nullus fuerit oriundus, vel per quemcunque alium modum vacare contigerit dictum Regnum, ad Prælatos, Duces, Principes, Barones, Nobiles & Communitatem Regni præfati & pertinentiarum ejuſdem, habita cum nonnullis Regis Romani futuri Imperatoris coëlectoribus ac aliis Principibus qui tunc tem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

poris noſtræ Celſitudinis præſentiæ aſſiſtebant, deliberatione matura, ipſorumque ſano conſilio, volumus, decernimus, pronunciamus, interpretamur, & præſentis ſcripti patrocinio declaramus, ritè, juſtè, & legitimè, in perpetuum pertinere. Ipſiusque Regis Bohemiæ Electionem in caſu & eventu, prædictis, & non aliis Prælatis, Ducibus, Principibus, Baronibus, Nobilibus, & communitati dicti Regni & pertinentiarum ejuſdem, de noſtræ Regiæ-Romanæ plenitudine poteſtatis, ac ex certa ſcientia damus, concedimus, conferimus, & donamus, dictamque electionem, meliori, ſalubriori & ſaniori quo poteſt modo fieri, confirmamus, & tranſferimus in eoſdem. Volentes etiam, ut quicunque in Regem Bohemiæ electus fuerit, ad nos & ſucceſſores noſtros, Romanorum Reges & Imperatores accedat, ſua à nobis & ſucceſſoribus noſtris, mo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

modo debito & ſolito Regalia rece-
pturus, non obſtantibus legibus, cō-
ſvetudinibus, uſibus, obſervantiis,
juribus municipalibus, vel commu-
nibus ſtatutis, ſeu edictis factis, & e-
ditis in contrarium, quibuſcunque
quas & quantum adhæc, ac ſi fo-
rent nominatim & de verbo ad ver-
bum ſcripta, & præſentibus inſerta,
revocamus, caſſamus, irritamus, an-
nullamus, & de dicta Romanæ Re-
giæ plenitudine poteſtatis decerni-
mus, firmitatis fore nullius penitus
vel momenti. Inſuper ad univerſorū
& ſingulorum, cupimus notitiā per-
venire. quod prædictæ literæ Bulla
aurea, typario Majeſtatis præfatæ,
FRIDERICI. Ro: Imp: electi impreſ-
ſa, quâ ipſe Rex Siciliæ, Ducatus A-
puliæ, & Principatus Capuę, ante co-
ronationis Regni Romani ſolennia
utebatur, prout nobis conſtat, &
ſumus plenariè informati, & ſicu-
ti glorioſæ memoriæ Henricus A-
vus noſter, quondam Rom: Imp:
Sigil-

Sigillo Comitatus Lucenburgenſis & Cæteri Divi Romanorum electi prædeceſſores noſtri, noſque etiam Marchionatus Moraviæ ſigillo ante ipſorum & noſtræ coronationis ſolennitatem uſi fuimus. In cujus Bullæ aureæ circumferentia à parte Majeſtatis ſcripta ſunt verba iſta: FREDERICUS D. G. Siciliæ Rex, DUCATUS AUSTRIAE, & PRINCIPATUS CAPUAE. & ab alia parte ubi eſt impreſſio cujuſdam caſtri: CHRISTUS VINCIT. CHRISTUS REGNAT. CHRISTUS IMPERAT. exiſtunt ſanæ & integræ nullo vitio comminutæ. Nulli ergò hominum liceat, hanc noſtræ laudationis, ratificationis, approbationis, donationis, reparationis, ſupplementi, interpretationis, declarationis, revocationis, caſſationis, irritationis, & annulationis, paginam infringere, vel ei auſu aliquo temerario contraire. Contrarium ve-

eò

rò facientes ſi qui fuerint quod abſit, ultra indignationem noſtræ Celſitudinis Romanæ, quam ob hoc ſe noverint graviter incurſurum, mille marcas auri puri noſtro & Romani Regis fiſco componant, ipſam videlicet medietatem noſtræ & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Regum & Imperatorum Curiæ ſeu cameræ & reliquam paſſis injuriam irremiſſibiliter applicandam. In quorum omnium teſtimonium, & ad certitudinem pleniorem præſentes fieri juſſimus, & bulla aurea, typario noſtræ Majeſtatis impreſſa, præcepimus communiri, Hujus rei teſtes ſunt, Gerlacus Archiepiſc. Moguntinenſis: S. Imp: per Germ: Archicancellarius, Rudolphus Senior Dux Saxoniæ S. Imp. Mareſch: Rudolphus junior Saxoniæ & Fridericus Dek Duces: Iohannes Burgr: Nurenberg: Vlricus Landgravius de Luikenberg: Fridericus de Orlemund:

Vlricus de Helfſtein ; & Rodulfus de Verthein, Comites. Petrus de Hewy: Graſto de Hohenloë, Gotfridus de Prunk, Eberhardus de Valdſe, Fridericus de Valdſe ; Eglolf de Fridberg : Burchardus de Eirbach : Romani Regni præfati Principes & Barones. Datum Pragæ Anno MCCC XLVIII. Indictione prima, VII Eidus Aprileis, Regnorum noſtrorum Regno Secundo.

FRIDERICI III CONFIRMATIO Privilegiorum Bohemicorum.

FRIDERICUS Divina favente gratia Rom: Imp: ſemper Auguſtus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatię &c. Rex, ac Auſtriæ, Stiriæ, Carinthiæ, & Carniolæ Dux. Dominus Marchiæ Slavonicæ & portus Naonis, Comes in Habſpurg, Tyrolis, Pheretis & in Kyburg, Marchio Burgoviæ, & Landgravius Alſatiæ ad perpetuã rei memoriam. Omnipotens DEUS conditor Orbis univerſi ad hoc Cæſareo & Regali titulis

tulis decoravit nomen noſtrum: ut ad gloriam, honorem, & felicia incrementa procuranda tendamus illorum, qui ſuis ampliſſimis virtutibus, tam prudentiâ, lucubratione, quàm induſtriâ per multiplices magnificos eorum actus meruerũt, Divinâ diſpoſitione ad Regiam dignitatem ſublimari, ac in ſolio Regio cæteris præſidere. Sanè ad noſtram Imperalẽ Celſit. Sereniſſimus ac Illuſtriſſ. Princeps Georgius, *B*ohemię Rex, affinis noſter Chariſſimus, S. *R*. Imperii Archipincerna, atq; princeps Elector, accedẽs pręſentiã, nobis humiliter ſupplicavit: Quatenus ſibi, uti *R*egi *B*ohemiæ & eidem *R*egno atque Coronæ *B*ohemiæ, omnia & ſingula eorum privilegia, jura, literas, libertates, gratias, immunitates, donationes conceſſiones, & indulta, à Divis *R*egibus & Imperatoribus *R*omanorum, prædeceſſoribus noſtris, ipſi ut *R*egi *B*ohemiæ ac *R*egno *B*ohemiæ data & conceſſa, ſeu data

& conceſſas, de noſtræ Imperialis Majeſtatis clementia, confirmare, ratificare, & approbare dignaremur gratioſe, Nos igitur ſupplicationibus hujuſmodi, uti rationi conſentaneis, benignius incinati, animo, & deliberato ſanoque noſtrorum & Imperii ſacri Principum, Comitum, Baronum, Procerum, atque fidelium adhoc accedente conſilio, ac de certa noſtra ſciëntia prænominato Georgio Regi Bohemiæ, & dicto Regno, omnia & ſingula eorum privilegia, jura, literas, libertates, gratias, immunitates, donationes, conceſſiones, & indulta à prætactis prædeceſſoribus noſtris in Imperio, Regibus ac Regno Bohemiæ data & conceſſa: datas & conceſſas nec non laudabiles conſvetudines, dicti Regni Bohemiæ, auctoritate noſtra Romana Cæſarea, & de noſtræ Imperialis poteſtatis plenitudine, confirmavimus, ratificavimus, approbavimus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

mus, atque innovavimus, & tenore præſentium confirmanus, ratificamus, approbamus, atque innovamus. Decernentes atque volentes,& hoc noſtro Cæſareo ſtatuentes edicto, ea omnia & ſingula, in omnibus & ſingulis ſuis punctis, articulis, clauſulis, prout de verbo ad verbum ſcriptæ ſeu ſcripta ſunt, ac ſi tenores omnium, præſentibus forent, de quibus aut jure vel conſvetudine in prę̄ſentibus, fieri deberet mentio ſpecialis: Nec non laudabiles ipſius Regni Bohemiæ conſvetudines, etiam ex nunc, in antea habere totius roboris firmitatem, municipalibus ſtatutis, Seu edictus editis ſeu edendis, in contrarium facientibus, ſeu facere volentibus, non obſtantibus quibuſcunq;, quibus & omnibus ſingulis ac ſi nominatim & ſpecificè & de verbo ad verbum præſentibus inſerta ſeu inſerta forent, auctoritate noſtra Romana Cæſarea & de plenitudine poteſtatis ejuſdem, derogatum eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

volumus per præſentes, ſupplentes nihilominus, omnem defectum, ſi quis ex defectu verborum, ſententiarum obſcuritatis, & ſolemnitatis omiſſæ, compertus fuerit quomodolibat in præmiſſis. Mandamus igitur univerſis noſtris & Imperii Sacri Principibus Eccleſiaſticis, & ſecularibus Comitibus, Baronibus, Nobilibus, cæteriſque noſtris & Imperii Sacri ac dicti Regni *Bohemiæ* ſubditis & fidelibus dilectis: ne dictum Georgium *Regem*, ac inclitum *Regnum Bohemiæ*, in hujuſmodi eorum Privilegiis, juribus, Literis, libertatibus, gratiis, immunitatibus, donationibus, conceſſionibus, & indultis, de cætero moleſtent, perturbent, inquietent, ſeu moleſtare, perturbare, inquietare præſumant: ſeu aliquis eorum præſumat, ſed illis pacificè, & quietè, uti, frui, & gaudere permittant. Nulli ergò hominū liceat hanc noſtrę Imperialis cōfirmationis, ratificationis, approbationis, innovatio-

nis

nis, decreti atque mandati, paginam infringere, vel ei caſu temerario, quovis modo contra ire.

Si quis hęc autē attentare pręſumſerit, noſtram & Imperii Sacri indignationem ac pęnam amiſſionis mille marcarum auri puri, pro una nobis ſive ærario fiſci noſtri & alia medietatibus pręnominato Regi *Bohemię*, irremiſſibiliter applicandarum, toties quoties contra factum fuerit, incurrere volumus, ipſo facto. Sub noſtri Imperialis Majeſtatis ſigilli teſtimonio. Datum Brunę die ultima Menſis Iulii Anno Domini M CCCC LIX. Regnorum noſtrorum Romani XX, Hungariæ vero primo.

OBLIGATIO FERDINANDI PRIMI de Conſervatione Privilegiorum Bohemicorum.

NOs FERDINANDUS D. G. Bohemiæ Rex Infans Hiſpaniarum, Archidux Auſtriæ, Marchio

Moraviæ, Dux Lucenburgæ, Sileſiæ, & Marchio Luſatiæ etc. Notum facimus tenore præſentium univerſis, quod promiſimus compactata inter ſacrum Concilium Baſilienſe & inclitum Regnum Bohemiæ ac Marchionatum Moraviæ facta, quod rurſum ad ſuum vigorem pervenirent, & deducerentur, atque cum effectu obſervarentur. Et hoc inſcribere debemus, iuxta omnes inſcriptiones prædeceſſorum noſtrorum, Regum Bohemiæ inſcribere, obſervare, ac ad finem perducere. Quod ſi aliquis contrà hoc eſſe velit, & Regno Bohemiæ ac Marchionatui Moraviæ illud infringere; debemus illas in eo protegere, & contra unumquemque defendere, atque cum ſummo Pontifice illud tractare, ac ſi Bohemis & Moravis illa cum effectu eſſent confirmata; Item promiſimus, ut talis Archiepiſcopus, ad Eccleſiam Pragenſem daretur, qui Bohemos & Moravos, tam ſpirituales,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

les, quam ſeculares, in omnibus rebus, prout illa in ſe continent compactata, & etiam juxta inſcriptiones & aſſecurationes, Imperatoris Sigiſmundi piæ memoriæ, ac aliorum Regum Bohemiæ, & inſcriptiones Regis Vladiſlai conſervaret & teneret, & talis Archiepiſcopus, ut citò impetraretur, confirmaretur, & conſecraretur. Item promiſimus Regnum Bohemiæ, omnes Barones, militares, Civitates Pragenſes, ac alias Civitates, & omnem illius Regni communitatem, juxta jura, ordinationes, Privilegia, libertates, Immunitates, & donationes Regni, & omnes alias antiquas obſervatas bonas conſuetudines. Et ſingulariter Divæ memoriæ Regis Ottogari, Regis Iohannis, Imperatoris Caroli, Regis Venceſlai, Imperatoris Sigiſmundi, Regis Alberti, Regis Ladiſlai, Regis Georgii, Regis Wladiſlai, omnes inſcriptiones datas, & uſque ad ejus obitum emanatas tenere, obſer

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

ſervare, & cum effectu protegere, citra impedimentum & contradictionem quorumcunque.

Item promiſimus, Caſtrum Carlſteinenſe, Coronam & qualiacunq; Clenodia Regni, & etiam tabulas ac Privilegia *R*egni, nemini citra voluntatem & conſilium *B*aronum, & Militarium, *R*egni *B*ohemiæ, ac civitatum Pragenſium, prout in eo negotio ad unumquemq; pertinet, committere & concredere. Item promiſimus cum gubernamen effectuale præfati *R*egni Bohemiæ in nos ſuſciperemus, quod obſervare debemus ritus & cõſvetudines antiquas Regni *Bo*hemiæ; Item promiſimus, neminem alienigenarum tam ſpiritualiũ quam ſecularium, ad officia Regni Curiæ, Civitatum vel ſpiritualium, quam Bohemos præficere, neq; illis Caſtra aut Civitates concredere, & eis illa committere: quæ etiam cum conſilio facere debemus. Et etiam ut in circumjacentibus, ac ad Regnum Bohemiæ pertinentibus provinciis, quod

ita obſervaretur, prout illo tempore Imperatoris Caroli & aliorum Regum, prædeceſſorum noſtrorum obſervatum fuit. Ita promiſimus, quod nullas provincias, Ducatus, Civitates, Caſtra, Arces homagiales, ac aliá quæcunq; bona Regno pertinentia, à Corona abſtrahere, aut alienare aliquo pacto, aut aliqua dote debemus. Verum ſi quid à Corona Bohemiæ abſtractum, aut alienatum, hoc debemus rurſum Coronæ annectere & adjungere. Item, promiſimus, monetam Bohemicam nullo pacto alleviare, vel leviorem cudere, ſine conſenſu totius Regni Bohemiæ, ac prout jus eſt obſervare. Item promiſimus, quicquid Imperatores, Reges Bohemiæ, prædeceſſores noſtri Ordinibus, ſingularibus perſonis, aut perſonæ, in bonis Regni ſeu ſpiritualibus, vel feudalibus dederunt, & inſcripſerunt quod illud tenere, & ex integro conſervare debemus. Et hoc quic-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

quicqvid non eſſet contra gratias &
donationes, quas Rex Wladiſlaus o-
mnibus ordinibus, iſtius Regni con-
tulit. Item promiſimus, unum
quemque Ordinem & ſtatum ſingil-
latim circa ipſorum jura, Ordina-
tiones, Privilegia, Libertates, Im-
munitates, Conſvetudines, & do-
nationes, quæ ad unumquemque
ordinem pertinent conſervare. Ha-
rum teſtimonio literarum Sigilli no-
ſtri, quo tanquam Archidux Au-
ſtriæ hactenus uſi ſumus, appenſio-
ne munitarum. Datum in Civitate
noſtra Vienna, Die XV. Men: De-
cemb: quæ eſt ſabbathi proxima poſt
Feſtum Luciæ. Anno Domini M.
D. XXVI.

Regni verò noſtri anno primo.

RECOGNITIO FERDINANDI PRIMI IMPERATORIS de libera Electione Bohemica.

NOS FERDINANDUS D.
G. Bo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

G. Bohemiæ Rex, Infans Hiſpaniarum, Archidux Auſtriæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, Sileſiæ, & Marchio Luſatiæ &c. Notum facimus tenore preſentium univerſis: Quemadmodum Barones, Nobiles, & etiam Civitates, ac tota communitas Regni Bohemiæ, ex ſua libera & bona voluntate, juxta libertates illius Regni elegerunt nos in Regnum Bohemiæ, Quapropter recognoſcimus, quod hoc ipſum ab Oratoribus ipſorum abundè intellesximus, & reipſa cognovimus & comperimus, quod præfati ſtatus & communitas illius Regni, non ex aliquo debito, ſed ita prout ſupra ſcriptum eſt eam electionem, eligentes nos in Regem Bohemiæ ex libera ac bona voluntate hoc fecerunt. Harum teſtimonio literarum, ſigilli noſtri quo hactenus, tanquam Archidux Auſtriæ uſi ſumus appenſione roboratarum. Datum in Civitate noſtra Vienna die XIII Menſ: Decemb:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Anno Domini M DXXVI. Regni verò noſtri anno primò.

LITERÆ REVERSALES RUDOLPHI SECUNDI.

NOs RUDOLPHUS SECUNDUS D. G. Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus &c. Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ Rex. &c.

Archidux Auſtriæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgi & Sileſiæ, Marchio Lauſnicenſis. Reverſalibus hiſce notum facimus omnibus & ſingulis inprimis ubi opus fuerit; Notaſſe nos à multo tempore, ac in animum revocaſſe, plurima magni nominis, fidelia ac utiliſſima officia ab ordinibus Regni Bohemiæ, annis compluribus, imò ab ipſo, DEO ita favente, Regnum ingreſſus initio liberalitate ſua, in ſubſidiis & contributionibus maximæ notæ in uſum & ſalutem univerſæ Chriſtianitatis no-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

nobis præſtita, nec quidquam ipſis erat tam carum, quin & vitam gratia noſtri impendere fuêre promtiſſimi. Quo nomine vaſti ipſorum animi ſinceritas emicuit, curæ ipſis eſſe gloriam & honorem DEI, Reverentiam ſupremæ poteſtatis; Patriæ conſervationem hoc ipſo teſtati ſunt. Eodem titulo Cæteris quoque noſtris Regnis exemplum laudabile dedêre, continuaturos ipſos in eadem affectione certo perſuaſum gerimus. Ob tanta ergo ipſorum erga nos, Prædeceſſoreſque noſtros ſanctæ memoriæ, ſerio præſtita officia ac merita; Imperatoria ac Regia noſtra ſingulari gratiâ ipſos afficere, curam paternam ipſorum gerere, & ſi Altiſſimo ita placuerit, diebus adhuc vitæ & regni noſtri non modo gratos nos oſtendere, ſed ipſo facto gratitudinē noſtram exhibere conſtituimus. Regnumque iſtud unà cum incorporatis ita diſponere propoſuimus, ut perpetuum in ſtatu integro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

conſervari, incolæ civeſque charitate perpetua gaudere, vivere unanimes poſſint. Proſpecturi quoque ſumus, ut diſcordia omnis, & cætera quæ ad ipſam inſervire poſſint media, procul averſa maneant.

His ita penſitatis cum ſciamus nos non minus ut cæteri mortales vitæ diſcrimini ſubjectos (quod DEUS avertat) nec optaremus, ut poſt exceſſum ex hac vita noſtrum Imperitante vacans, ullis inquietudinibus aut injuriis afficiatur, ſicuti Regna alia tali caſu magnas experta viciſſitudines. Conſultum invenimus diebus adhuc noſtris inconvenientias tales prævenire, de remedio convenienti proſpicere. Diſponente nobiſcum ita Altiſſimo, ut ſive in Cælibatu, aut matrimoniali thoro, ſine prole diem ſupremum nobis obire contigerit, ut Regno Bohemiæ eique incorporatis, rectè conſultum ſit, de capite ipſis proſpicere, quo omnes fortè imminentes aver-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

averteremus inconvenientias, nervis omnibus laboravimus. Eo nomine ad ſæpiùs petita & poſtulata ſeria Illuſtriſſimi Principis ac Domini, Mathiæ Archiducis Auſtriæ; Ducis Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Crain, & VVirtenbergæ, Comitis Tyrolis, ſenioris fratris Germani noſtri, allecti ut Comitia generalia Regni ſcriberemus, quibus omnes tres Ordines Bohemiæ comparerent, nominatâ die martis poſt Dominicam Exaudi, Anni 1608, ibi apud ipſos nomine ejus intercederemus. (eâ tamen conditione, ſi ſine prole exceſſerimus) meo tanquam Regis Bohemiæ conſenſu, ut nominatus Archidux Auſtriæ Mathias ſenior frater germanus noſter, ſi fortè more conſveto, debitoque, ſalvis ipſorum Privilegiis & libertatibus, apud ipſos quæſiverit ut nemo præter ipſum pro expectante Regni Bohemiæ admittatur,

 impe-

* *Interceſſio Rudolphi pro Mathia.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

impetrare, poſt exceſſum verò noſtrum in Regem eligi poſſit. Confiſi certo, nominatos ordines Regni Bohemiæ, Chariſſimos ac dilectos noſtros, conſideratis ſupra recenſitis conſiderandis, interſeſſioni huic noſtræ gratioſæ ſatisfacturos, & negotium iſtud bonum Patriæ, privatumque concernens, comitiis præſentibus, expedituros. Impetrato dicto ad interceſſionem noſtram petito, pollicemur nos penes Archiducem Mathiam fratrem chariſſimum noſtrum literis Reverſalibus ſufficientibus atteſtaturos in nullum prejudicium Regni Bohemiæ, Privilegiorum, Libertatum, conſuetudinum, Ordinationum, & ſtatutorum, præſentem ceſſiſſe actum.

Cum itaque ordines Regni Bohemiæ, dilecti & fideles noſtri, oblata noſtra ſano judicio conſideraſſent, nos utpotè Regem pacis amantem, nil niſi Regni iſtius cum incorporatis ſalutem, & quod in pri-

privatum ipſorum commodum cederet, ut Patrem filiis gratiosè promovere quæſiiſſe, nec ipſos alienos eſſe, quam ut quod in Regni pernitiem præcaveri poſſet. Eo ipſo commoti fuêre, ut in propoſitum noſtrum conſentirent, interceſſionem ſuſciperent; neque Archiducis Mathiæ ſenioris Domini fratris noſtri recuſarent petita: quinimò ſupra nominata Conditione, expectantem ipſum Regni ſuſceperunt, conſenſeruntque ut in Regem eligeretur ab obitu noſtro,

Ea propter nos à parte noſtra, Heredum ac poſterorum Regum Bohemiæ nomine, omnibus, Baronibus, Nobilibus, Pragenſibus, & Cæteris Civitatibus, ac omni Communitati Ordinum Regni Bohemiæ, teſtamur, & pollicemur, nominati Archiducis Mathiæ Domini fratris noſtri agnitionem iſtam pro expectante & ab obitu noſtro in Regem, Electionem eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

noſtro in Regem, Electionem eſſe factam, ſalvis manentibus omnibus Regni Bohemiæ juribus, Ordinationibus, Privilegiis, Libertatibus, donationibus, ritibus, & conſvetudinibus, Imprimis verò Regis Ottogari, Regis Ioannis, Caroli Imperat: Regis VVenceſlai, Regis Sigiſmundi, Regis Alberti, Regis Ladiſlai, Regis Georgii, Regis Wladiſlai, Imperat. Ferdinandi: Imperat: Maximiliani, &c. Domini Patris noſtri Chariſſimi Sanctæ memoriæ, & aliis Regno Bohemiæ datis diplomatibus, ſalvis inquam & integris omnibus iſtis recenſitis, manentibus nunc & perpetuum.

Ad confirmationem harum Reverſalium, ſigillum noſtrum Imperiale appendere juſſimus. Datum in arce noſtra Pragenſi, Die Sabbathi Anno 1608. Imperii noſtri Romani 33. Hungarici 36. & Bohemici 33.

RVDOLPHVS

Zden-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Zdenko Adam Popel de Lobkowicz S. R. *Bohemiæ* Cancellarius.

Ad Mandatum S. C. M. proprium
Iohan Mencelius.

REVERSALES LITERÆ ARCHIDUCIS MATHIAE.

NOs Mathias D. G. Archidux Auſtriæ, Dux *Burgundiæ*, Iſtiæ, Carinthię, Crainę, Wirtebergę, Comes Tyrolis &c. Reverſalibus hiſce notum facimus, nos innatam quaſi erga Ordines *Bohemiæ*, Regnumque ipſum, tanquam ex ſtirpe *Bohemica* Oriundis, affectionem habuiſſe, & habere, geſſiſſeque ſemper in animo ac omnibus viribus noſtris apud nos cogitaſſe, ut commodam occaſionem invenire poſſemus, qua nominato Regno, in bono ipſius publico gratificaremur.

mur. Quapropter non tantum in exorto iſto bello Hungarico, in conſervationem ſuæ Majeſtatis Domini fratris noſtri Rudolphi Imperatoris regionum, ſed & nominati Regni Bohemiæ ab hoſte totius Chriſtianitatis hæreditario Turca intentati; defendebamus, ab crebrioribus inſultibus, ſæpius in perſona, cum periculo vitæ noſtræ, nos oppoſuimus, nec quidquam nobis tam carum erat, quod non pro tutela ipſorum expoſuiſſemus. Sed etiam cum ſuperiorem armis & viribus hoſtem notaſſemus, in conditiones pacis perpetuũ duraturæ acceptabiles, cum ipſo deſcendere laborabamus, ut à diuturno iſto belli onere ipſos liberaremus.

Conſideravimus etiam apud nos, Majeſtatem ſuam Imperatoriam, humanæ mortalitati (à qua Omnipotens ipſam conſervare velit) non minus, ut & alii ſubjectam; metuebamus etiam ſi fortè abſque prole maſcula M$^{tem.}$ ſuam ex hac vita diſcede-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

cedere contingeret, ne Regnum dictum, una cum incorporatis, Curatore carens, periculoſas ſicuti circumjacentia Regna experiretur viciſſitudines, quod ipſum vivente adhuc Imperatoria ſua Majeſtate, prævenire voluimus. Cuius cauſa ſæpius ſuam Majeſtatem ſolicitabamus, rationem noſtri hoc nomine haberet, eoque apud Ordines Regni Bohemiæ rem diſponeret; Si forte tale quidpiam ex more, & ſecundum privilegia ac libertates ipſorum conſveto, apud ipſos quæreremus, eâ tamen conditione ut ſupra meminimus, ſi Imp. S^m^· M^tem^· Dominum fratrem noſtrum, abſque prole maſculâ ex hac vita ſecedere contigerit; ut pro Expectante Regni Bohemiæ præ cæteris ſuſciperemur. Et tandem poſt obitum ſuæ Majeſtatis in Regem eligeremur. Sicuti eo nomine Sua Cæſarea Majeſtas Comitia generalia ad diem Martis, poſt Dominic. Exaudi Anni 1608 ſcribere,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

in forma uberiori negotium ordinibus proponere, quibus etiam Legati noſtri præſentes aderant; His ita propoſitis, additum, quod ſi in cauſa Electionis pro Expectante ſuſcepti fuerimus, futurum id extra, omne *P*rivilegiorum Regni *B*ohemię, Libertatum, Ordinationum & conſvetudinum præjudicium ſicuti nunc ita etiam in poſterum. Tale ſuæ Majeſtatis propoſitum & poſtulatum, in deliberationem ſumſêre, invenêre etiam, quod bono publico ſalutare, non contemnendum; præveniendum & avertendum quod noxium, reſolutionem in noſtri favorem ſumſêre. Et iiſdem comitiis, conſenſu Suæ Majeſtatis *R*egis *B*ohemiæ, & ex bona ac libera ipſorum Ordinum libertate, pro expectante *R*egni *B*ohemiæ communi voto nos ſuſceperunt. Suprà nominata tamen conditione, ſi abſque prole maſcula Suam Cæſaream Majeſtatem diſcedere ex hac vita contigerit: ac tum demum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

etiam in *Regem* nos electuros ſunt polliciti. Quapropter ſicuti ſuprà pollicebamur, omnibus Baronibus, Nobilibus, Pragenſibus & Cæteris Civitatibus, ac univerſæ communitati Ordinibus dicti *Regni Bohemiæ*, noſtro, poſterorumque noſtrorum nomine pollicemur, ac promittimus, liberam iſtam ipſorum, perſonæ noſtræ pro Expectante, & ab obitu ſub nominata conditione ſuæ Majeſtatis, in *Regem Bohemiæ* Electionem, Ipſorum Iuribus, Ordinationibus, Privilegiis, Libertatibus, Statutis, gratiis, donationibus, antiquis ritibus, & laudabilibus conſvetudinibus, Imprimis verò *Regis* Ottagari, *Regis* Ioannis; Caroli Imperatoris: *Regis* Wenceſlai, Cæſaris Sigiſmundi, *Regis* Alberti, *Regis* Ladiſlai, *Regis* Georgii: *Regis* VVladiſlai; Cæſaris Ferdinandi, Cæſaris Maximiliani, gratioſi noſtri Domini Parentis, & Cæſaris *Rudolphi* Domini fratris noſtri

 Cha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Chariſſimi; & omnibus aliis ſcriptis & reſcriptis, uſque ad mortem ſuæ Majeſtatis ſeſe extendentibus; (unico ſaltem eo fine quod pro expectante nos ſuſceperit, quod ipſum reverſalibus ſuis nobis confirmarunt) in nullum præjudicium, nec nunc, neque in poſterum ſeſe extenſuram. Pollicemur & promittimus etiam, Vivente adhuc ſua Imperatoria Majeſtate, nullius Regiminis vel gubernationis, nec in Regno Bohemiæ neque in incorporatis. utpote Principatu Sileſiæ, Marchionatu Moraviæ, ſuperiori & inferiori Luſatia, citra voluntatem & conſenſum Suæ Imp: Majeſtatis, Omniumque trium Ordinum Regni Bohemiæ, aut poſt obitum Suæ Imp: Majeſtatis officiũ nos ſuſcepturos. Quod ſi verò ſuperſtite adhuc Sua Majeſtate, tale quidpiam ſuſceperimus, vel commiſerimus, vel etiam contra juramenta & Sanctiones anteceſſorum Regum Bohemiæ deliquerimus, vel ſi omni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

mnibus noſtris ſuperius pollicitis, poſtquam ad Regimen admiſſi fuerimus, non ſatisfecerimus. Non obligati erunt nobis Regni Ordines vel in minimis ſtare promiſſis. Ad confirmationem horum omnium Sigillum noſtrum innatum Reverſalibus hiſce, literis appendere mandavimus, illaſque propriâ manu ſubſcripſimus. Datæ in caſtris noſtri Strzeboholez & Miecholup die Mercurii feſto Iohannis Baptiſtæ. Anno 1608.

LITERÆ REVERSALES MATHIAE ante ingreſſum in Bohemiam.

NOs MATHIAS Secundus D. G. Rex Hungariæ, deſignatus Rex Bohemiæ &c. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Marchio Moraviæ, Comes Tyrolis, &c. Notum Regiis hiſce, Reverſalibus facimus, Omnibus & ſingulis, impri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

primis ubi competit. Poſtquam nos Ordinibus *Regni Bohemiæ*, cauſa exercitus ipſis in ſubſidium à nobis expediti, per literas patentes VViennæ die Mercurii poſt Dominicam Invocavit, datas: ſicuti etiam per noſtrum, ipſorum ad nos expeditis Comiſſariis, datum *Re*ſponſum ſub dato 4 Martii, Anni 1611. eo nos reſolviſſemus & declaraſſemus, Nos ex innato nobis erga dictum Regnum Bohemiæ amore & affectione vigore noſtræ Anno 1608 Pragæ factæ tranſactionis & pacti, Adverſus Paſſovienſem Exercitum, qui primo Archiducatum noſtrum Auſtriæ ſuperioris, hoſtiliter inſiliit, Igne ferroque vaſtavit deprædatuſque eſt. Poſthac etiam in *Bohemia*, urbes, villaſque non nullas depopulatus eſt. Vltimò doloſè in minorem Pragam irrupit, poſſeditque, incolarum ſive civium plurimos interemit, Arcem quoque ubi ſedes *Re-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Regia in qua Sua Majeſtas Cæſarea, Chariſſimus Dominus frater noſter Regalia omnia, Libertates, Privilegia, Tabulas, Clenodia, & omnem theſaurum Regni ſervabat, obſedit, Cæteraſque etiam Antiquam & novam urbes Pragenſes expugnare in animo habebat, nos inquam in ſubſidium acceſſimus, nominatorum Ordinum bonum publicum, & incrementum defenſuri, promoturi, Adſtituri ipſis etiam propriâ Regia Perſona noſtra, ut etiam futurum malum, injuriam avertere & præcavere poſſemus. Hoſtes noſtros, vaſtatoreſque Regnorum noſtrorum, ut decet, profligaturi. Daturi etiam operam, ut malum ipſorum intentum & deteſtandum propoſitum avertere, & in nihilum redigere poſſemus. Ad tale noſtrum gratioſum & Regium offertum, omnes tres nominati, Regni Bohemiæ, Ordines, poſtulabant à nobis precariò, antequam limites

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

mites Regni tranſgreſſi fuerimus, literis Reverſalibus nos ipſis obligaremus, ingreſſum iſtum in Regnum Bohemiæ noſtrum in nullum præjudicium libertatum, privilegiorum, jurium, Ordinationum, Statutorum, Rituum, Conſuetudinum, neque ad rupturam pacti Pragæ ſub dato die Mercurii feſto S. Iohannis Baptiſtæ Anno 1608 facti, futurum.

Cum itaque honeſtum iſtud, ac digniſſimum ipſorum poſtulatum, agnoverimus, noſque etiam nullo alio intento, niſi boni ipſorum publici, patriæque incrementi causâ, ad defenſionem, & conſervationem ipſorum, animo menteque & corde ſincero id ſuſceperimus. Nos igitur, una cum conſiliariis noſtris, ex ſano fidelique conſilio & bona conſcientia ex poteſtate Regia, ſicuti more ordinario Electus & deſignatus Rex Bohemiæ, vigore præſentium Reverſalium, toties nominati Regni Boh: Ordines, Heredes & poſteros ipſo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

ipſorum aſſecuramus, certificamus, confirmamus, & in omni neceſſitate tutos reddimus. Ingreſſum iſtum noſtrum cum exercitu noſtro in Regnum Bohemiæ, nullo alio nomine fieri, niſi in ſubſidium, & ſuccurſum, & neque ipſis tribus ordinibus Celeberrimi Regni Bohemiæ, neque ipſorum poſteris in ullum præjudicium, vel damnum, aut diminutionem, vel Caſſationem ipſorum Privilegiorum, libertatum, Iurium, Regni Ordinationum, Staturorum, donationum, Rituum, & Conſvetudinum, imprimis verò ſupra nominatę Pragenſis tranſactionis ſub dato S. Iohannis Baptiſtæ Anno 1608 factæ fieri neque nunc, neque in poſterum futurum.

Cum itaque ipſos omnes & ſingulos, in omnibus ipſorum Privilegiis, Libertatibus, Majeſtatibus, Gratiis, juribus, Ordinationibus, Conſvetudinibus, Ritibus, Statutis, Pactis ac etiam in Religionis cauſa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

tranſactionibus inviolabiliter, & immutabiliter confirmare, tutari ac defendere ſimus polliciti, promittimus, & pollicemur, adhuc, etiam nunc & in futura ſecula. Ad confirmationem horum omnium, & ad æternam memoriam, bonâ noſtrâ conſcientiâ, & promtâ voluntate, Regium noſtrum ſigillum appendere mandavimus, manuque noſtrâ propriâ Reverſales, haſce ſubſcripſimus. Datæ in urbe noſtra Iglavia, die Iovis poſt Dominicam Lætare Anno 1611. Regni noſtri Hungarici tertio.

MATHIAS.

Ad mandatum Sacræ Regiæ Majeſtatis proprium.

Fridrich Iordan von Klauſenburg.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

IMPERATORIS MATHIÆ. Literæ Reverſales, ante ipſius Coronationem.

NOs MATHIAS Secundus D.G. Rex Hungariæ, Deſignatus Rex Bohemiæ, Archidux Auſtriæ, dux Burgundiæ, Marchio Moraviæ, Comes Tyrolis &c. Confitemur Reverſalibus hiſce, coram omnibus, ubicunque locorum, aut ubi opus fuerit. Poſtquam Sereniſſimus, Potentiſſimus, ac invictiſſimus Princeps, Dominus, Dominus Rudolphus Secundus D. G. Electus Romanorum Imperator, Hungariæ Bohemiæque Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgi & Sileſiæ, Marchio ſuperioris & inferioris Luſatiæ, Dominus frater noſter Chariſſimus, omnibus tribus Ordinibus Regni Bohemiæ, in Propoſitione Publicis Comitiis facta, die Lunæ poſt

Dominicam quaſi modo geniti II. Aprilis, injunxiſſet, Majeſtatem ſuam ex ſingulari erga nos fraterno amore tanquam erga ſeniorem fratrem ſuum, tum quoque boni publici cauſa dicti Regni Bohemiæ, ut omnibus inconvenientiis, diſcordiiſque præveniret,& conſuleret,id conſenſiſſe, utpote ſi ex Divina diſpoſitione, abſque prole maſcula, ſuam Majeſtatem decedere contingeret, ex libero quoque omnium trium Ordinum conſenſu, ad noſtrum ab ipſis more ſolito & conſveto poſtulatum, ut poſt obitum S. Cæſareæ Majeſtatis, præ cæteris in Regem Bohemiæ deſignaremur, & ſuperſtite adhuc S. Cæſarea Majeſtate etiam Regio Diademate Coronaremur, ſic pro Domino & Rege ipſorum agnoſceremur. Quapropter nominati Tres Ordines Regni Bohemiæ, revocato in memoriam cauſâ noſtri, à Majeſtate ſua Cæſarea Domino fratre noſtro Cariſſimo, poſtula-

ſtulato, præſentibus Comitiis ad conſiderationem & ſanam deliberationem id aſſumſêre, conſiderato etiam hæc penes eô, quod anno 1608 præterito, ad interceſſionem ſuæ Majeſtatis Cæſareæ, nobis deſignati Regis, ſub certâ conditione titulum contulerunt. Poſthæc etiam liberè ad electionem & publicationem noſtri in Regem Bohemiæ, ſeſe declararunt; & unà cum Majeſtate ſua Cæſarea, de die certa coronationis convenerunt, quæ nominata erat, dies Lunæ 23 Maij. Eâ tamen conditione, ut ante nominatam Coronationis diem, nos Mathias Rex, dictis tribus Ordinibus Regni Bohemiæ, ſufficientibus literis Reverſalibus, nos obligaremus, & intra dies quatuordecim à Coronatione noſtra effectualiter id, omnibus & ſingulis, in communi etiam omnibus tribus ordinibus, non in genere tantum, ſed in particulari, ab anteceſſoribus noſtris Regibus Bohemiæ, data ipſis

Privi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Privilegia, & Majeſtatica donata, ſicuti etiam à ſua Majeſtate Rudolpho ſecundo Domino fratre noſtro ipſis collata. non ſolum quoad exercitium Religionis ſub utraque, ſed etiam in Politicis, omnium mulctarum, quibus in corpore & bonis luere ſolebant, remiſſionem. Sicuti etiam omnium libertatum, Iurium, Ordinationum, Antiquarum Conſvetudinum, Rituum, Conventionum, etiam in ſpecie illarum anno 1608 & 1610 factarum. Sic quoque ordinum inter ſe in cauſa Religionis præſtitam, non minus etiam conjunctionis iſtius Anno præterito 1609. ſub utraque Ordinum cum Principibus, & Ordinibus Sileſiæ, in Comitiis publicis factæ, in omnibus punctis, articulis, & concluſionibus in illa comprehenſis, nullis exceptis, totaliter & plenarie renovaremus, & literis noſtris Regiis Majeſtaticis confirmaremus, literaſque tales intra dies quatuordecim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

cim ad ſummum, ſub poteſtatem, & in manus Ordinum Regni Bohemiæ, vel ipſorum ſupremi Burgravii, traderemus, hoc ipſum Regia noſtra fide, gratioſè ipſis ſumus polliciti.

Cum itaque nos Mathias Rex Bohemiæ, ab omnibus tribus ordinibus Regni Bohemiæ, ob cauſam recenſitam, videlicet, quia in Regem Bohemiæ proclamati, vel deſignati ſumus; tandem etiam de Coronatione noſtri, cum Sæ Crea Majeſtate Domino fratre noſtro cariſſimo, convenere, & effectualiter, ex mera ipſorum ac libera voluntate præſtitère. Ea propter daturi ſumus operam, quomodo omnibus tribus ordinibus Regni Bohemiæ, Regia noſtra gratia gratos nos oſtenderemus, ita ut optimè nobiſcum contenti ſint.

Pollicemur etiam & promittimus, vigore harum noſtrarum Reverſalium, nominatis tribus ordinibus, verbis noſtris Regiis, nos in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

omnibus iſtis ſuprà recenſitis, propoſitis, renovationibus, confirmationibus, omnium & ſingulorum, ad omnes & ſingulos ipſorum pertinentium Privilegiorum, tam in puncto Religionis, quam in Politicis, tum quoque omnium libertatum, Iurium, Ordinationum, antiquarum ipſorum conſvetudinum & Rituum, Comitialium concluſionum, illarum inprimis, quæ annis 1608. & 1610. factæ, ſimiliter etiam in puncto Religionis ſub una, & ſub utraque, inter ipſos Regni Bohemiæ Ordines & incolas, nec minus, cum ordinibus Ducatus Sileſiæ, tranſactionum & unionum, anno præterito 1609 Publicis ac plenis comitiis abſolutarum, nominato ſpatio duarum hebdomadarum, mox à Coronatione noſtra (quam DEUS fauſtam, felicemque eſſe velit,) in omnibus punctis, clauſulis, Articulis, & ſummariis, cujus tenoris illa fuerint, totaliter, completè, nullis exceptis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

ex gratia noſtra, nos confirmaturos, omniaque bonâ fide, bono animo, fideliter præſtituros, literaſque haſce noſtras *Reverſales* & Majeſtaticas eo nomine diſpoſituros, manu propriâ ſubſcripturos, & ſigillo noſtro Regio conſignaturos, obfirmaturos, & in manus omnium trium ordinum Regni Bohemiæ, vel ipſorum ſummi Burgravii tradituros. Quantum ad alios, nobis ab Ordinibus Regni Bohemiæ propoſitos communes articulos, quos ad proxima Comitia, DEO dante, ex certis cauſis diſtulimus, in illis etiam ante omnia proximis Comitiis nos ipſis gratificaturos. Quod ipſis omnibus dictis tribus ordinibus Regni Bohemiæ, ſicuti ipſis verbis ita bonâ fide noſtrâ Regiâ promittimus. Certi hac in re ſunto, omnia iſta à nobis, utpote Rege Chriſtiano, cujus verba ut in ore, ſic in pectore, bonâ fide & Conſcientia præſtita & ſatisfacta fore. Ad horum confirmationem nos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Reverſales haſce manu propriâ ſubſcripſimus, Sigilloque noſtro Regio conſignavimus. Datæ Hradczini, ſuperioris urbis Pragenſis, die Sabbathi poſt Dominic: Exaudi, Anno 1611. Regni noſtri Hungarici tertio.

MATHIÆ REGIS REVERSALES & Obligatio univerſalis, quoad Religionem & Privilegia poſt Coronationem Ordinibus datæ.

NOs MATHIAS Secundus D.G. Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatię, Croatiæ Rex &c. Archidux Auſtrię Marchio Moraviæ, Dux Lucenburgi & Sileſię, Marchio Luſatię &c. Notū facimus Reverſalibus hiſce, omnibus & ſingulis, Promiſiſſe nos tutelam & conſervationem Regni Bohemiæ, Baronum, Nobilium, Pragenſium, aliarumque civitatum, totiuſque cōmunitatis Regni, ita ut irrita integraque ipſorum jura, Ordinationes, Majeſtatica, Privilegia, Libertates, Statu-

Statuta, Gratiæ, in Eccleſiaſticis, & in Politicis. Concluſiones denique Regni, in primis verò Anni 1608 & 1610 factæ, ſic quoque tranſactiones ipſorum in puncto Religionis, cum communicantibus ſub una, & ſub utraque, eorumque unionis. Nec minus cum Principibus, & Ordinibus Sileſiæ, ſub utraque eorumque anno 1609 facta, & aliæ ipſorum conſvetudines, & ritus, ac donationes. Imprimis verò Piæ & ſanctæ memoriæ Regis Ottagari, Regis Iohannis, Caroli Imperatoris, Regis VVenceſlai, Cæſaris Sigiſmundi, Regis Alberti Regis Ladiſlai, Regis Georgii, Regis VVladiſlai, Imperatoris Ferdinandi, Cęſaris Maximiliani & Domini fratris noſtri cariſſimi, Rudolphi Imperatoris: Ab omnibus ipſorum Majeſtatibus procedentes donationes, & reſcriptiones, cis omnem contradictionem, ut diximus ſarta tecta irritaque ut maneant. & promittimus adhuc, in omnibus iſtis nos fidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

ſervaturos. Promiſimus etiam, Arcem Carlſtein, ubi diadema Regium, cum cæteris Clenodiis, Tabulis, & Privilegiis, Regni aſſervatur, nemini citra voluntatem & conſenſum Ordinum, Baronum, Nobilium, & Pragenſium, niſi illis quos ipſi elegerint, ſub curam daturos.

Policiti quoque ſumus, nos ſub bono ordine, Antiquaque conſvetudine Regnum Bohemiæ directuros, & conſervaturos. Cæterùm, promiſimus, nullum exterum, vel Peregrinum ſive ille ſit Eccleſiaſtici, vel Politici Ordinis, in ullum officium, ſive Regni aut Civile, nos intruſuros, vel admiſſuros. Neque ad ulla particularia Officia Regni, Præfecturas, aut cujuſcunque nominis illa fuerint, promoturos. Sed ſolis natione Bohemis id relicturos, facturos nos iſta non niſi cum conſilio Ordinum: Obſervaturos nos etiam hoc idem, in circumjacentibus & incorporatis Regionibus, ſicuti Carolus Imperator

& alii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

& alii Reges prædeceſſores noſtri fecêre.

Promiſimus inſuper, nulla nos bona, ſive ſint Principatus, urbes, Arces, Fortalitia, Feuda, & quæ his ſimilia, à Corona Bohemiæ, vel incorporatis, neque per dotes, aut alio quocunque modo nos abalienaturos: Imò potius quod à Corona unquam ſeparatum; ut reſtituatur procuraturos. Simul etiam, quantum ad Monetam, promiſimus, in ſuo valore ipſam nos relicturos, nec ullô pactô extenuaturos, abſque ordinum conſenſu, ſed ſicuti à Corona Bohemiæ vigore privilegii ipſorum ſtatutum eſt ita. relicturos. Hæc penes quoque promiſimus, ſi cui ex Ordinibus in particulari ab anteceſſoribus noſtris *Bohemiæ Regibus* fuerat donatum, ſive illud in Eccleſiaſticis aut ſecularibus, vel *Regiis* bonis fuerit, nos nihil immutaturos, modo id *Contrà Regis* Wladiſlai Omnibus Ordinibus *Regni Bohemiæ*

gratiam & libertatem datam non quadret. Finaliter, promiſimus Ordini cuivis in ſpecie, ipſum, in ſuis Iuribus, Ordinationibus, Privilegiis, Libertatibus, Statutis, Conſvetudinibus, gratiis, prout cuique proprium eſt, conſervaturos, & confirmaturos.

Ad confirmationem harum Reverſalium, cum ſubſcriptione manus noſtrę proprię Sigillum noſtrum Regium appendi mandavimus. Datę in Arce Pragenſi, die Veneris poſt feſtum corporis Chriſti. Anno 1611.

FORMVLA PACTIONVM IMPERATORIS SIGISMUNDI cum Bohemis.

SIGISMUNDUS D. G. Romanorum Imperator, Semper Auguſtus &c. Quia Dominus Noſter Ieſus Chriſtus, DEI hominumque mediator, ſalutis curam, ex injuncto Altiſſimi, generis humani, laborem ſuſtinens atrocem, pro quâ & dira pati vo-

voluit,& morte turpiſſima occumbere non eſt dedignatus, puta, ut utraq; in unum repararet. Cujus quidem exemplo, velut Magiſtri, & Ducis peroptimi, ex dignitate Imperiali, nobis ab univerſorũ Domino diſpoſita, & commiſſa, bonum pacis & veritatis, atq; concordiæ amplexantes, cũ poſt quædam compactata, inter Legatos Sacri concilii Baſiliẽſis, ipſumq; Regẽ Bohemiæ, & Marchionatũ Moraviȩ, in Praga conſcripta, & conſignata receſſũ eſt, ut alii bene diſpoſitis & deductis pro Regni Bohemiæ & Marchionatus Moraviæ expugnatione, per ſacrũ Cõciliũ Baſilienſe, noſtrãq; prudentiam Imperialem, uti melius poterit, provideatur. Adhuc tamen, quia difficultates variæ, inter Legatos Sacri cõcilii Baſiliẽſis parte ex una, & Generoſos ac Nobiles, ſtrenuos, Famoſos, Reverendos & Prudentes nuncios nomine Regni Bohemiȩ pridẽ ad nos Brunã deſtinatos, parte ex altera, ortȩ fuiſſẽt & crebò pullulaſſẽt;

 Ami-

Amicum cor, ſimul & humeros curæ diligentis, & ſollicitudinis anxiæ ſuppoſuimus, pondus diei & æſtus ferentes, ut diviſa in unum adverſa, inconſona, aſpera, inplana, & longè diſtantia, incombinata, ſimul pariterque in ſanctam & beatam reduceremus unionem. Cum nos pacem, & tranquillitatẽ ipſius Regni (quod ſemper amavimus atque coluimus) cordintimè affectantes: Volentes futuras diſſenſiones, & controverſias, quibus populus ſubditus poſſet quomodolibet concitari, convenientibus remediis prævenire, nonnullisque remanentiis, quibus in compactatis pro pace Regni, non videbatur ſufficienter proviſum, ſalubriter providere, cum præfatis Ambaſſatoribus Regni, & Marchionatus, ad laudem DEI, pacem ipſius Regni, & omnium circumjacentium nationum, & totius populi Chriſtiani, ac ſalutis innumerabilium animarum: In Nomine Domini, Notum facimus univerſis

verſis

verſis & ſingulis, quod ad inſcriptas concluſiones, conſenſimus, & præſentibus conſentimus.

1. Primò. Quod beneficia non conferantur per extraneos, in *Regno Bohemiæ*, & Marchionatu Moraviæ, ſed omninò jus collationis eorundem, ad *Regem Bohemiæ* incolaſque *Regni Bohemiæ* & Marchionatus Moraviæ perpetuò debet pertinere.

2. *Perſonæ* etiam Spirituales, & ſeculares, extra *Regnum* & Marchionatum, nec citabuntur, nec judicabuntur, ſed unaquæque Perſona, juriſdictionibus ſibi præfecti præpoſiti, in præfatis *Regno*, & Marchionatu ſubjecta erit, & contenta, & de eadem gaudebit. Libertatibus tamen Archiepiſcopatus Pragenſis, in Privilegiis, in via appellationis à ſibi ſubjectis Epiſcopatibus, ſalvis illibatæ conſervatis.

3. Inſuper, communicantes ſub una ſpecie, in ſæpè tactis *Regno* &

Mar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Marchionatu, ne confuſa ſequatur commixtio, contra proprias eorum voluntates & libertates, non ſuſtinebuntur, ſed duntaxat in locis, in quibus communio duplicis ſpeciei, temporibus retroactis non ſervabatur, ſuſtinebuntur.

4. Et ut materia occaſioque litium auferatur! loca omnia & ſingula Eccleſiarum, populique parochiarum ſignabuntur: in quibus & à quibus communio duplicis ſpeciei, in praxi ſervabatur, ut in futurum perpetuò in iiſdem ſervaretur. Quæ quidem conſignata in litera ſpeciali, in robur & perpetuam rei memoriam, ſigillo noſtræ Majeſtatis munietur.

5. Sed & hoc volumus, ut per Dominos Bohemos, Generoſos Nobiles, Strenuos, Famoſos, Pragam & Civitates alias, unà cum Clero, Archiepiſcopus Pragenſis, unà cum aliis Epiſcopis titularibus eligantur, qui alias dicuntur ſuffraganei, Qui quidem electi per noſtram diſpoſitionem

tionem debitam, ſolicitudinem pariter, & curam confirmabuntur, & in Epiſcopos conſecrabuntur, abſque quavis pro confirmatione pallii exhibitione,aut etiam Notariis, perſolutione. Et totus Clerus Diecæſis Pragenſis ſubjice ipſi Archiepiſcopo, per præfatos Dominos electos tenebitur obedire.

6. Scholares Diecæſis *Pragenſis*, utrique tam ſub una, quam ſub utraque communicantes ſpecie, habilitate, & idoneitate ipſorum præſupposita, ad ſacros ordines promoveantur & ordinentur. Nihil tamen per hoc cauſæ & praxi eorum communioris derogando; Tamen quia licentia per Sacrum concilium Baſilienſe omnibus tam in Regno,quam in Marchionatu Moraviæ conſtitutis, dabitur, ſub utraque ſpecie communicandi, Epiſcopi Olomucenſis ſcilicet, & Litomiſlenſis, populum Laicalem, deſiderantem, ſub utraque ſpecie tenebuntur communica-

re, promovebuntque Scholares, & ad Sacros ordines conſecrabunt, habilitate, & idoneitate illorum præſuppoſitâ: qui vellent populum Laicalem ſub utraque ſpecie communicare.

Et diſponere tenebuntur ſacerdotes ſuarum Diæceſium, in quibus præſat communio, annis elapſis ſervabatur, qui ſic populum, ut præmittitur, ſub utraque ſpecie communicabunt. Et plebani, ſi qui ad proprias redire, cum ſcitu & conſenſu ſui Diæceſani voluerint, Parochias populum ſub duplici ſpecie communicabunt. qui populus ſic communicavit, & in locis in quibus pręfata ſervabatur communio. Quod ſi non fecerint, non ſunt tolerandi, ſed alii, qui ſub duplici ſpecie communicarent populum Laicalem, per Diæceſanum, vel per alios, ad quos pertinet, in loca illorum ſubſtituendi. Iſta nos tenere, præſentibus affirmamus, & pollicemur, in verbo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Cæſareo, præfatis Ambaſſatoribus ac Regno Bohemiæ, & Marchionatui Moraviæ, quod in omnibus & ſingulis ſupraſcriptis capitulis, cum eis remanebimus. Volumuſque ut per nos, & per noſtros ſucceſſores in futurum, pro perpetuo ſingula eis teneantur, & plenè conſerventur. Nos quoque apud Sacrum concilium, ac Dominum noſtrum ſummum Pontificem, & alibi, ubicunque expediens fuerit, omnem operam & curam adhibebimus, ut præfati articuli, ſuum effectum realiter ſortiantur. Nec in Regno noſtro ac Marchionatu aliter permittemus. Quinimò ſi quis Regnum & Marchionatum in his turbare quomodolibet attentaverit, ipſis pro executione eorundem effectualiter aſſiſtemus, dolo & fraude caſſantibus quibuſcunque: Datum &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

IVRAMENTVM ELECTI REGIS LADISLAI. In limitibus Regni præſtitum.

NOs L'ADISLAVS D. G. Electus *B*ohemiæ Rex, Ingreſſuri, à quo ſuſcepti ſumus, Bohemiæ regnum, juramus, & pollicemur, primò Deo Omnipotenti, ſimul ac omnibus *R*egni *B*ohemiæ incolis, curam nos habituros, tutaturoſq; utrũque tam Eccleſiaſticum, quam Politicum ſtatum, univerſamque Regni communitatem: Ipſoſque in libertatibus, juribus, Reſcriptionibus, *P*rivilegiis, Statutis, Conſvetudinibus, &c. conſervaturos. Neque ullo pacto Regni limites, unà cum pertinentibus, nos attentaturos. quin potius omnibus viribus noſtris dilataturos, augmentaturos. & quicquid inſuper acturi ſumus, omne in honorem & bonum publi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

blicum Regni promoturos, Prædeceſſorum noſtrorum Regum Bohemiæ in omnibus Regno profuturis, inhæſuri. In quibus nos adjuvet DEUS trinunus, cum omnibus Sanctis &c.

MISSIVA
OMNIVM TRIVM ORDINVM AD COLLEGIUM ELECTORALE FRANCOFURTI ad Mœnum congregatum.

REverendiſſimi, Celſiſſimi, Illuſtriſſimi, Generoſiſſimi, Nobiliſſimi, Doctiſſimique Electorales Legati, Veſtris Electoralibus Celſitudinibus & Dominis Salutē & proſperitatem, in celeberrrimo iſto Electorali conventu, ab Altiſſimo precamur, integerrimam: Omnipotens iſte ac juſtiſſimus judex, vobis ipſe præſideat, & omnia cōſilia veſtra, ad bonum totius Chriſtianitatis publicum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Regni hujus, ſtatu turbulentô convulſi proſperitatem dirigat, optamus officioſiſſimè.

Illuſtriſſimi, Celſiſſimi Domini Electores, Domini gratioſiſſimi, nec minus abſentium Dominorum Electorum Legati, cæterique Domini & amici nobis Cariſſimi: Regni noſtri Bohemiæ, una cum incorporatis, cui parem Annales Hiſtoricorum, nunquam prodidêre, ſtatus neceſſitas, eo nos compulit, ut omnes tres Regni, unà cum incorporatis, in Arce Pragenſi, cætu frequentiori congregati Ordines, ad Electorales Celſitudines Veſtras, noſtrum ſumeremus refugium. Perſuaſum accepimus, Illes. Cnes. Vas. ratione habitâ quam maximæ neceſſitatis noſtræ; cujus inſtinctu, & conſcientiæ, quâ Patriæ noſtræ jurati ſumus, impulſu, ad Ces. Vs. confugimus. propoſitum hoc noſtrum, animô dextro aſſumturos, ſi eâ libertate uſi fuerimus, & Excellentiſ-

ſimo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

ſimo electorali Collegio prolixiori Oratione, per directores noſtros, Regnique conſiliarios ſummam neceſſitatem noſtram retexerimus. Primò quantum ad Citationem iſtam Suæ Regiæ Dignitatis Archiducis Ferdinandi ad Electoralia Francofurti ad Mænum ſcripta Comitia: ubi titulo Regis Bohemiæ, Et Electoris Imperialis Actui dicto cohabitare; Conſiliisque ſuis, de bono publico Imperii & quæ ad Electionem Imperatoris Romani factura, collaborare debet: futuram eam, in ſummum ac enormiſſimum Regni Bohemiæ, ipſius antiquiſſimarum libertatum, Privilegiorum, Donationum, jurium, rituum, & conſvetudinum, præjudicium: Violatam iri hoc pacto Bullam auream: etiam Electoralibus Collegialiter factis, antiquitus obſervatis deciſionibus, utplurimum hâc ipſâ derogabitur: Quæſumus itaque inclitum Electorale Collegium cum ſua Re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

gia Dignitas, nondum realiter ad Regimen *B*ohemiæ Regni, unà cum Incorporatis fuerit admiſſa, atque ſic Electio, abſque reali Electoratus poſſeſſione ſubſiſtere nequeat, nec ullum vigorem habere poſſit, ne nos ultrò gravari patiatur, quinimò habito Reſpectu Electoralis Dignitatis, ne quid prejudicii patiatur, nos, Ordines Regni, vel ſupremum Burgravium, ſive interRegem noſtrum hoc officii repræſentantem, ad præſentia Comitia conſcribere, vel invitare dignentur. Quamvis verò certò perſvaſum habeamus, Inclitum hocce Electorale Collegium locum daturum petitis noſtris; nil minus relatione noſtrorum ablegatorum commoniti, petita noſtra apud Celſitudines Veſtras repetemus, ne ullo præjudicio obruamur: Quantum enim ad prætenſionem iſtam Bohemicæ Coronæ Regiæ, Ferdinandi Archiducis Auſtriæ; ipſum in Regē electū & coronatū fuiſſe, quâ conditione, & quo ſubtili dolo id contige-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

rit recēſebimus, ita ut nil inde probari poſſit quo nomine ad pręſentia comitia ut Rex Bohemiæ admittendus ſit. Enimverò pręterquā quod partim minis, partim dolo, Ordinibus contra omnes Leges & ſtatuta id fuerit intruſum, non enim licitum eſt, niſi comitiis generalibus, cōmunicato cūo mnibus incorporatis cōſilio de negotio Electionis fuerit conventū, ut coronationi Regis locus detur, cujus etiam in ſuffragiis mentio erat facta, Nil minus à parte Papiſtica laborabatur, ut numero ſuperarent Euangelicos, ad cujus partem etiam illi, quibus comitiis ad eſſe non erat licitum, erant acciti, modò Papiſticę parti adcreſceret ſuffragiorum numerus, ac ita propoſitô ipſorum, inpræ judici Regni ſatisfieret. Vnde facilis conjectura erat Coronationē iſtam illegitimam non in aliū finem factamniſi in exterminationē vel abolitionē liberę Electionis Bohemicæ, & omniū libertatū, privilegiorū, eliminationē;

 non

non minus etiam in ſummum totius Electoralis Collegii præjudicium, quod à nullo unquam prædeceſſorum, Imperatorum, Regumque fuerat attentatum: Acceſſit ad rei confirmationem, pactum inter Archiducem Ferdinandum, & Regem Hiſpaniæ ſcriptum: quô Regnum Bohemiæ cum incorporatis, quod pro ſingulari Feudo, & ſummè privilegiata Electorali dignitate Romani Imperii, cohoneſtata per ætates agnitum: in hæreditatem addito etiam Regno Hungariæ, Regni Hiſpaniæ, ab Archiduce Ferdinando teſtamentô datum, In confirmationem hæreditariæ iſtius ſucceſſionis, Sa· Ra· Das· à Mathia Imperatore in filium adoptata eſt, quo titulo propoſitio iſta receptionis Regis Ferdinandi, reſpectu Perſonæ, ipſius, tanquam ſucceſſoris, & non reſpectu noſtri & Incorporatorum erat directa.

Inſuper nominata Electio, receptio,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

ptio, & Coronatio, ut ut iſta contigerit, non niſi eventualiter, & ſub certis conditionibus, ſicuti plenis Comitiis Anno 1617, etiam propriis Reverſalibus Suæ Regiæ Dignitatis erat circumſcripta; ita ut hucuſque pro nulla legitima, libera, vel purâ receptione & Electione haberi vel æſtimari poſſit. nihil hactenus de iſtis, quibus ſuis reverſalibus ſeſe Ordinibus obſtrinxit, ab ipſo fuerit præſtitum, ſed omne in contrarium actum, & quicquid Regno adverſum, in oppreſſionem ipſius cum incorporatis, intentatum; Vniverſis & ſingulis ſcitum eſt, Regiam Suam Dignitatem Mathiâ Imperatore adhuc ſuperſtite, Regimini ſeſe contra Reverſales ſuas immiſcuiſſe: cum Imperatoriæ Suæ Majeſtatis Directorem & à Conſiliis ſecretis Cardinalem Gleſelium removiſſet, Omnibus Conſiliis cohabitabat, Imperiales reſolutiones, ad placitum ſuum reformabat, immutabat, caſſabat. Suę

Cæſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Cæſareæ Majeſtati ſemper ad latus, de omnibus bello neceſſariis urgebat, proſpiciebat, & quæ ad hoſtilitatem Regni facerent, plurimum curæ ipſi erant. Cæterum in Reverſalibus ſuis Iuramentô cautum fecerat, ſe Regnum Bohemiæ, una cum incorporatis in libertate Religionis relicturum: Ordinationes noſtras, Iura, Privilegia, Libertates, Statuta, & Conſvetudines ſarta tectaque relicturum, conſervaturum, dilataturum; facturum inſuper omnia, quæ ad Conſervationem & ædificationẽ Regni ſunt profutura. E diametro tamen ab ipſo omne demonſtratum, eô ipſô ſuprà nominato cum Rege Hiſpaniæ pacto: tandem etiam quod toti mundo notum eſt, quamvis turbæ iſtæ Cauſâ Religionis in *Bohemia* exortæ, quod diverſis Apologiis & deductionibus à nobis demonſtratum, & prelo evulgatum ſua Regia Dignitas nil minus irretiſmi plus negotio addebat, & ad arma

cun-

cuncta extremè promovebat; Imò proprium exercitum, quem in Iſtria alebat, in pernittim noſtræ Patriæ introducere ſatagebat. Cujus cauſa, Comitiis Moravienſibus, propriâ Perſona cohabitabat, liberum tranſitum dicti exercitus impetraret: ubi apertè pro rebellibus nos proclamavit; Inſtructiones Imperatorii Exercitus, ſub Duce *B*uquoio ad partes ſuas reformavit. Inſinuavit per Michnam novas Inſtructiones Pilſnenſibus, Dampirio Inſtructionem dedit, Bohemiam invaderet, vaſtaret igni, ferroque, haberet in prædam omnia. Sic loco Paterni tutoris, hoſtis infenſiſſimi, deſtructoriſque Regni cum omnibus incorporatis ſeſe oſtendit. Proponat licet Sua Regia Dignitas ſe poſt exceſſum, Suæ Cæſareæ Majeſtatis confirmationem Privilegiorum, aliaque media pacem concernentia nobis obtuliſſe. tamen ſtatus iſte qui eo tempore, ex prævaricatione Reverſalium

Suæ Regia Dignitatis, ita turbatus erat, ſuperficialem talem confirmationem, admittere non patiebatur: cum ſæpiùs ſuperſtite adhuc Mathia Cæſare, à nobis, gravamina noſtra, in puncto Religionis, cujus cauſa, inquietudines iſtæ proceſſerê, obtuliſſemus ſupplices, proteſtatique ſumus, verbis & ſcriptis injuriæ iſtæ contra Reverſalia Regia pugnantes à nobis averterentur: In dies nil minus exacerbabatur, creſcebatque malum; inundabatur miſeriarum Pelagus. ut liber tranſitus Gracenſi exercitui detur, apud Proceres Imperii, pro Rebellibus diffamati ſumus. (utrum vero Gens in ingenuitate nata Rebellionis accuſari poſſit, quivis emunctæ naris judicet?) cauſa recitabatur: quia Confirmationém Literarum Majeſtaticarum, Privilegiorum, Libertatum, nobis oblatam contemſerimus: hoc ipſum motus iſtius fuiſſe principium. Nil certi, firmique nobis offerebatur, quia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

quia ex ſuſpectis praviſque Conſiliis omne procedebat. Perſonas quæ, ob infidelitatem exactæ officio erant publico, ad noxia ſibi conſilia, ſua Regia Dignitas adſciverat; Iſtæ ipſæ auctores turbarum præſentium erant, fictiſque dictis inſtructionibus ob quas puniti erant, Sua *R*egia Dignitas ab ipſis deludi paſſa eſt, cum tamen nedum ad plenam poſſeſſionem pervenerit; Conſiliarii tamen, fideleſque ipſius audire debebant; ipſis ut inſtrumentis uſus eſt, terrorique eos expoſuit, cognomine ac ſi omnes iſti ad ruinam Regni tendentes, ipſi diſplicerent actus; interim augebantur magis quam diminuebantur Religionis gravamina. Cum itaque ſufficienter appareat, quomodo cum ſupra nominatâ receptione, & coronatione Regis Ferdinandi, & aliis ab ipſa dependentiis fuerit conſtitutum, & quomodo ipſe nondum pro purè electo & coronato Rege æſtimandus ſit. Deniq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

quibus de cauſis Regnum Bohemię, Marchionatus Moravię, Duc. Sileſię, ſuperioris inferiorisq; Luſatiæ, ad Regimen, veramq; poſſeſſionem admittere ipſum recuſaverint. Etſi nihil morantibus iſtis, quidpiam præjudiciale in Electione iſta Imperiali, præſentiâ ſuæ Regiæ Dignitatis ante deciſionem præjudicialis iſtius quæſtionis ſupra recenſitæ utrum S.R.D. ſeſſio & ſuffragiũm concedi debeat? contigerit: Futurum id toti Sacro Romano Imperio, in Contemtũ; Collegio Electorali in prejudicium, & Regno Bohemiæ cum omnibus incorporatis in ſummum libertatis detrimentum. Veſtras itaque Electorales Celſitudines, precamur ſupplices, amicè, & officioſè quæſumus, honeſta ac juſtiſſima iſta noſtra propoſita & petita, ſanâ deliberatione perpendant, examinent ad trutinam, neque patiantur, ut *R*egnum Bohemiæ quod unum de membris principibus Imperii eſt, tali præjudi-

judicio, quod maximæ notæ eſt, & per admiſſionem ſeſſionis Suæ Regiæ Dignitatis in præſentibus Comitiis exacerbari poſſit, circumveniatur, cum non modo contra aureæ bullæ literas, ſed & contra conſcientiam certet. Quin potius circumſpectis illicitis deteſtandiſq; quę Regno noſtro unà cũ incorporatis infiguntur, incommoditatibus ac injuriis, quarum nec DEO, nec mundo ratio reddi poterit Aperto enim hoſti in fauces quaſi intruſi ſumus, ita ut Turcæ etiam ad negotium invitati, fœdis cladibus devaſtent Regnum, Igni, ferro, prædaque dilanient, & quod magis deteſtabile, etiam per prægnantes, per defunctorum cadavera, ſæva exercetur Tyrannis: ſexus fæminei è ſepulcris eruta cadavera, manibus pedibuſque expanſis, per Altaria, per fores templi, penduntur, nullo reſpectu majoris vel minoris ſtatus habito, & quod extremum Tyrannidis eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Sanctiſſima thori jura violantur, ad fædam uſuram ſtupri palàm matronæ, virginesque raptantur; è nobilitate & è plebe: Terreat Celſitudines Veſtras exemplum noſtrum, ne quod hodiè in nobis ſtatuitur, poſthac etiam in veſtras partes redundet. Quod ſi verò citra omnem ſpem noſtram quidpiam in præjudicium libertatis noſtræ in inclito hocce Electorali Collegio concluſum, ſuaque *R*egia Dignitas Archidux Ferdinandus ad ſeſſionem & ſuffragium ſolennis iſtius actus admiſſus fuerit; Proteſtaturos nos ſolenniſſimè, & contradicturos, in eventum eorum univerſi ſacri Romani Imperii Ordinibus, aut ubicunque talia deferre requiſitum fuerit. Non tamẽ ſperamus Electorales Celſitudines Veſtras eò prolabi paſſuras. *R*eſpectum potiùs habituras Claritatis literarum S. bullæ aureæ ipſiusque ſemper obſervatæ auctoritatis: Confidimus etiam Celſitudines Veſtras

no-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

noſtri, privilegiorum noſtrorum libertatumque rationem habituras neque vitiari aut imminui, vel extenuari eadem permiſſuras. Talem tantamque à Celſitud. Veſtris nobis unà cum incorporatis præſtitam gratiam, ut humillimis noſtris recompenſemus officiis, omnem effundemus operam. Interim VVVeſtris EEElectoralibus CC Celſitudinibus, Illuſtriſſimis, Generoſis, ac Nobiliſſimis, Excellentiſſimis DDDominis à DEO ter optimo Maximo, Feliciſſima quæque optamus. Is Divina gratia ſua in Regimine ipſorum, Vniverſos & ſingulos incolumes conſervet; In quorum gratiam & Affectionem, nos nomine Omnium trium ordinum Commendamus, manſuri

Datæ in Arce Pragenſi 13. *Auguſti* *Anno* 1619.

IIIlluſtriſſimarum CCCel: VVV^{m} humillimi, Obſequentiſſimi, & officioſiſſimi

NNN

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

NNN Barones, Nobiles *Pragen*ſes, Cæterarumque Civitatum ablegati; Omnium trium Ordinum, *R*egni Bohemiæ in Arce Pragenſi congregatorum. nomine abſentium.

ARCHIDVCVM AVSTRIÆ Confæderatio contra fratrem & agnatum *R*udolphum Imperatorem

NOs Conſules, & Senatus Bohemo-Brodæ, notum facimus tenore præſentium; univerſis & ſingulis, & præcipuè quorum interſit, nos legiſſe, infraſcripta vidiſſe, audiſſe, & cum ſuo originali contuliſſe, & de verbo ad verbum conformia reperiſſe, quæ jam hic deſcribi curavimus.

Cum rerum præſentium deplorato ſtatu perdita jam pene Hungaria, & inclitæ Domus Auſtria-

cæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

cæ Provinciis Hungariæ vicinis devaſtatis, aliiſque multis de cauſis (proh dolor!) conſtat, Sacram Cæſaream Majeſtatem Dominum & fratrem noſtrum obſervandum, ex quadam animi indiſpoſitione & infirmitate, quæ ſua periculoſa intervalla habet, in gubernatione *R*egnorum & provinciarum minus ſufficientem & idoneum eſſe, ita ut iis à DEO ſibi commiſſis eô quô par eſt modô præeſſe nequeat: hiſce aliiſque rationibus adducti, Nos Mathias, Maximilianus, Ferdinandus, Maximilianus Erneſtus Archiduces Auſtriæ, fratris & patrueles, ingenti dolore permoti, à nobis illud, quod à DEO & natura conceſſum eſt, negligendum non eſſe meritò conſiderantes: accelerandum nobis conventum hic Viennæ exiſtimavimus, ubi negotio hoc maturè & benè deliberato, nullum aliud remedium præſentius eſſe comperimus, quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

ut vigore pactorum, & tranſactionum inter nos initarum, tum etiam laudabili à majoribus noſtris conſervata conſvetudine & attenta Sacræ Cæſareæ Majeſtatis indiſpoſitione, ſuperiusque commemorata infirmitate, Caput nobis & Columen Domus noſtræ, nempe Archiducem Mathiam ſecundum naturæ Ordinem, & feliciſſimæ recordationis Avi noſtri Imp: Ferdinandi diſpoſitionem, nobis in hac cauſa ſeligamus, & ore & corde unanimi conſtituamus. Sed ut tenore præſentium omnes nos, tam nomine noſtro, tam eorum qui minores ſunt, omnem in eandem poteſtatem & autoritatem, meliori quo poſſumus modo conferimus. & quicquid in negotio hoc arduo agendum, deliberandumque ſit, tam apud ſummum Pontificem Dominum noſtrum colendiſſimum, quam etiam apud sereniſſimum Hiſpaniarum Regem ac fratrem & Patruelem noſtrum chariſſimum,

ſimum, Archiducem Albertum, a-
lioſque Principes, nos omnes ſi-
mul firmum ac ratum habituri ſu-
mus. Ita tamen, ut in quibuſcunque
rebus, negotium hoc concernenti-
bus Conſilio & operâ noſtra indi-
guerit, ad requiſitionem illius ad ea
omnia parati ſumus. Quod ſi etiam
Sacrum Rom: Imperium, propter
eaſdem cauſas allatas de eligendo
Romanorum Rege deliberaret: nos
omnes in unicum hunc, quem natu-
ra poſt Imperatorem dedit, videli-
cet Archiducem Mathiam, Fratrem
& Patruelem noſtrum Chariſſimum,
conatus noſtros impendemus, &
alium nullum quoad nos promove-
bimus. Attamen cum ſine fideli &
ſedula conſiliariorum, miniſtrorum,
& ſubditorum noſtrorum opera, tan-
tum, tamque grave negotium expe-
diri non poſſit. Nos eorundem ſe-
curitati, non minus hoc modo pro-
videndum eſſe putavimus, ut ad eo-
rum majorem aſſecurationem quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

tieſcunque opus, aut ab eorum uno vel pluribus petitum fuerit, illos in protectionem noſtram, à quocunque etiam noſtrum, literæ ſecuritatis datæ fuerint, nos omnes Archiduces ſimul Clementiſſimè recipiamus. Et in ſupra dictis rebus cunctis, noſtra expreſſa eſt voluntas & ſententia. Quæ ut firma omnia & perpetuò rata ſint, tranſactionem hanc, manibus noſtris ſubſcripſimus, ac ſecretioribus Sigillis comprobavimus. Actum Viennæ 25 die Aprilis Anno Salutis humanæ 1606.

Mathias, Maximilianus, Ferdinandus, Maximilianus Erneſtus. In cujus rei teſtimonium literas haſce ſigillo Civitatis noſtræ munitas & obſignatas eſſe voluimus; Bohemobrodæ 24. Maij Anno 1606.

ARCHI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

ARCHIDVCIS ALERTI Confœderationi dictæ approbatio.

Ab eodem Senatu *B*ohemobrodenſi detecta.

NOs Conſules, & Senatus Bohemo-Brodæ, notum facimus tenore præſentium, univerſis & ſingulis, & præcipuè quorum interſit, ea legiſſe, infraſcripta vidiſſe, audiſſe, & cum ſuo originali contuliſſe, & de verbo ad verbum conformia reperiſſe, quæ jam hic deſcribi curavimus.

Cum Sereniſſimus Archidux Mathias frater noſter Chariſſimus, nobis miſerit quandam tranſactionem, per ipſum, nec non ſereniſſimos Archiduces, Maximilianum, Ferdinandum, Maximilianum Erneſtum, fratrem & patrueles noſtros Chariſſimos factam, & ſingulorum manibus ſubſcriptam, ſigillisque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

ſuis ſecretioribus munitam, quæ Sereniſſimus Archidux Mathias, ut poſt Sæ Creæ Majeſtatis perſonam, major natus, à Cæteris caput & Columen, inclitæ Domus noſtræ Auſtriacæ, conſtituitur, & quicquid ad ejuſdem domus incrementum & conſervationem, neceſſarium, aut quodammodo opportunum fuerit, deliberandi agendique poteſtas illi confertur. Quin etiam cum ſacrum Romanum Imperium, de eligendo Romanorum Rege deliberaret, omnes in unum Archiducem Mathiam, Fratrem noſtrum Chariſſimum conatus ſint impenſuri ſuos. Conſiliarios quoque, aliosque miniſtros, & ſubditos, quorum opera ut neceſſum fuerit, in ſuam protectionem ſuſcipere promittunt. Cum idem Sereniſſ. Archidux Mathias deſideret, inſtanterque requirat, ut ejuſmodi reſolutionē ratam habeamus: hinc eſt quod fraterna benevolentia, quâ illum ſemper complexi ſumus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

ſumus, eidem in omnibus gratificari deſiderantes, ſupra dictam tranſactionem per nos etiam ratificandam & confirmandam, libenter decrevimus, prout ratificamus, & confirmamus per præſentes ſubſcriptione nominis ſigillique noſtri impreſſione corroboratas. Datæ Bruxellæ, die undecima Menſis Novembris Anno 1606.

ALBERTVS.

In cujus rei teſtimonium literas haſce ſigillo Civitatis noſtræ munitas & obſignatas eſſe voluimus: Bohemobrodæ 24 Maii. 1606.

FERDINANDI ARCHIDVCIS Auſtriæ pactum cum Rege Hiſpaniarum de ſucceſſione Regni Bohemiæ & Hungariæ.

NOs FERDINANDUS D. G. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

niolæ & VVirtenbergæ, Comes Tyrolis, & Goritiæ, Atteſtamur & notum volumus omnibus ac ſingulis, has literas noſtras ſeu Diploma publicum lecturis viſuris, vel audituris. Cum Sacra Cæſ.a nec non Hungariæ ac Bohemiæ Regia Maieſtas, Mathias Secundus Dominus Patruelis ac Pater noſter Clementiſſimus, ſuperioribus proximis annis, poſt ſuſcepta Regnorum ſuorum Hungariæ & Bohemiæ gubernacula pro paterno ſuo & ſingulari in Remp:, Religionem, ac univerſam Domum noſtram Auſtriacam amore, cura & ſolicitudine ſtatuiſſet, ad horum omnium ſalutem & incolumitatem pertinere magnoperè ut ſeſe adhuc in vivis exiſtente, de futura eorum ſucceſſione proſpiceretur, ac re, cum Sereniſſimo ac potentiſſimo, Hiſpaniarum Rege Philippo tertio Fratre & patruele noſtro amantiſſimo & obſervandiſſimo, nec non

&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

& Sereniſſimis fratribus ſuis, Maximiliano & Alberto Archiducibus Auſtriæ, patruelibus & Fratribus noſtris amantiſſimis, maturè deliberata, unanimi conſenſu, quod prætenſione dicti Regis concluſum eſt.

Primum quod Majeſtas ſua Catholica, ad interceſſionem Cæſareæ Majeſtatis, publicum privatis anteponens, renunciet juri ſuo, quod tanquam unicus Annæ Hungariæ & Bohemiæ Reginæ, per lineam rectam Maximiliani ſecundi, ejuſdem Reginæ Annæ primogeniti pronepos, in ſucceſſione dictorum Regnorum, & eis annexarum Provinciarum habet, in favorem noſtri, noſtrorumque maſculorum per lineam rectam maſculinam, non interruptâ maſculorum ſerie deſcendentium, reſervatâ tamen compenſatione, de qua propter periculum moræ, quæ ad inſpectionem & examen Privilegiorum, & compacta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

ctatorum Auguſtæ Domus noſtræ requirittur, alias agetur.

Deinde quod in favorem noſtrum & deſcendentium noſtrorum ut ſupra, confirmet renunciationem à Sereniſſima Regina Anna ejus Matre, dicti Maximiliani ſecundi filia, 29 Aprilis, Anno 1571. factam, prout illuſtriſſimus Dominus Inacui de Gvevara, Comes de Ognate Suæ Regiæ Catholicæ Majeſtatis, ad Cæſaream Majeſtatem Orator, ejuſdem Regię Majeſtatis nomine, & vigore plenipotentiæ ſibi hac in parte traditæ re ipſa ceſſit, renunciavit, & præfatam renunciationem Maternam confirmavit. In quo Ceſſionis & confirmationis actu, nos ſingulare beneficium erga nos, ac propenſam voluntatem, & benevolum affectum ſuæ Catholicæ Majeſtatis agnoſcimus & acceptamus, cum dębitâ animi gratitudine, atque exiſtimatione, hanc ceſſionem & renunciationis confirmationem, atque ex

parte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

parte noſtra, noſtrorumque deſcendentium conſentimus, ſtatuimus, gratum & ratum habemus: ut linea maſculina Suæ Catholicæ Majeſtatis, in hac ſucceſſione dictorum Regnorum & annexarum provinciarum fæmininam paternæ noſtræ ſtirpis deſcendentes præcedat, ſine gradus vel temporis limitatione vel præſcriptione. Ita quidem ut Caſus quo quandoque (quod DEUS avertat) omnes noſtros per lineam rectam maſculinam, non interrupta maſculorum ſerie deſcendentes, maſculos decedere contingeret, fæminæ quæcunque fuerint, & earum filii ac dependentes per deſcendentes ex linea recta Regis Catholici Philippi IIII. modo feliciter Regnantis, in infinitum à dictorum Regnorum ſucceſſione excludantur. Quod Compenſationem quæ in aliqua Provinciarum Auſtriacarum fieri poſtulatur, promittimus, quod ſuper ea quãtocius fieri poterit tracta-

tio inſtituetur. habitâ etiam ratione tot beneficiorum & auxiliorum, quibus Auguſtam domum noſtram in his partibus Cath: Sua Maieſtatis ſemper tutata eſt: Ita ut conſideratis his omnibus hac in parte ipſius Cath: Majeſtatis quantum fieri poterit ſatisfiat. Atque jam dictam ceſſionem & renunciationis confirmationem prædictis conditionibus & oneribus confirmamus, acceptamus, & agnoſcimus, noſtram noſtrorumque filiorum & deſcendentium in hoc tractatu apertam utilitatem, ex certa ſcientia, & deliberata voluntate, omni dolo & fraude remota, aliaſque omni meliori modo, via & forma, quibus de jure, conſtitutionibus, Imperii vel Regni aut provinciæ cujuſque conſvetudinibus ac ſtatutis id fieri poteſt, ad majorem hujus tractatus ſecuritatem, promittimus, noſtro, noſtrorumque utriuſque ſexus deſcendentium nomine, quod omnia

mnia & ſingula in hoc inſtrumenta contenta, ſanctè & inviolabiliter ſervabuntur & adimplebuntur. Promittimus item neque nos, neque poſteros noſtros per teſtamentum, aut aliam ullam ultimam voluntatem aut diſpoſitionem: inter vivos quicquam in contrarium hujus tranſactionis ordinaturos vel facturos. Et ſi ſecus à quopiam noſtrorum factum fuerit, id irritum & nullius momenti valoriſque fore, Renunciando. Exceptionibus quibuscunque doli mali, enormiſſimæ læſionis, reſtitutionis in integrum, ſucceſſionis fæminarum ad dicta Regna & Provincias, Item juribus & privilegiis, Conſvetudinibus, ſtatutis, decretis, pactis, familiæ tranſactionibus & obſervationibus quibuſvis prædictorum *Regnorum* & Provinciarum ad eas pertinentium, ſi que in favorem noſtrum contra conditiones in hoc inſtrumento contentas

 eſſent,

eſſent, quæ omnia pro his inſertis eſſe volumus ut etiam contra juratum hoc Inſtrumentum & pactum, nulla Pontific: Romanorum, aut Impp. diſſenſatio vel relaxatio peti aut impetrari poſſit: aut ſi qua à nobis vel ſucceſſoribus noſtris impetraretur, vel ab ipſis Pontificibus aut Impp: motu proprio aut ſponte concederetur, nullius roboris aut valoris eſſe volumus. Promittimus etiam nos $S^{m.}$ $C^{m.}$ Majeſtatem rogaturos, ut tum conceſſionem, & renunciationis ratificationem ex parte Reg: Catholici factam, quam inſtrumentum cum expreſſa hujus præcedentiæ, ad ſucceſſionem dictorum Regnorum, & provinciarum annexarum conditione, authoritate Imperiali & Regia ex plenitudine poteſtatis & qua fieri poterit, meliori forma confirmet. Obligamus nos prætereà, quod intra terminum ſex Menſium, poſtquam tam in hoc Bohemiæ, quam Hungariæ Regno co-

ronati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

ronati fuerimus, utrobique hoc inſtrumentum, ſolenniter de novo confirmaturi ſumus, & ſi qua ex cauſa, præmeditata vel non præmeditata; hic vel ibi omitteremus, habeatur nihilominus quaſi factum eſſet, & hoc inſtrumentum ſuum vigorem & integrum effectum habeat. Præterea ſi Regi Catholico aut ejus filiis viſum fuerit, aliquid pro majori ſua ſuorumque deſcendentium ſecuritate & cautela circa hoc inſtrumentum in clauſulis innovandum, addendum, aut aliquid ulteriùs pro majori totius inſtrumenti authoriſatione faciendum eſſe, non mutatis tamen conditionibus, aut rei ipſius ſubſtantia, ad id in ea omnino forma prout ex parte Catholicæ Suæ Majeſtatis, ejuſque filiorum petitum fuerit, nos noſtroſque filios, dum modo iſta petitio intra unius anni ſpatium à dato hujus inſtrumenti computandum fiat, abſolutè obligatos fore fatemur & polli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

pollicemur. Demum promittimus omnia & ſingula ſupradicta, noſtro, noſtrorumque nomine, ſub obligatione omnium bonorum noſtrorum, præſentium & futurorum, qualiacunque ea ſint, cum renunciatione legum & Conſtitutionum, quarumcunque huic obligationi contrariarum, in verbo ac utraque fide Principis & Archiducis & in vinculo juramenti ad S. DEI Euangelia manibus noſtris corporaliter tacta præſtiti. Et in horum omnium firmius robur ac certum teſtimonium, hoc inſtrumentum non tantum manu propria ſubſcripſimus, & ſigillo noſtro Archiducali communiri, ſed in præſentia Iacobi Cheſel, Baronis in Caltenbrun, Conſiliarii, Camerarii & Magiſtri ſtabuli noſtri: Item, Vrbani Baro: de Bettingen: Conſil: noſtri Bellici, & Camerarii, teſtium ad hunc actum ſolenniter vocatorum, per Leonhardum Gezium I. V. D. Conſi: noſtrum ſecretum, & Pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Procancel: Aulicum, ſubſcribi fecimus. Acta & facta ſunt illa in Arce Regia Pragenſi in Camera & cubiculo noſtro ordinario, die 6 menſis Iunii, Anni 1617. Indictione XV. Imperante Invictiſſimo & Potentiſſimo Rom: Imp: Mathia.

FERDINANDVS.

IOHAN IACOB Cheſl: L. *B*. in Kaltenbrun; Vrban: de *B*ettingen. L. B. in Falkenſtein & Perſin. Leonard: Gezius Procancell.

ET ego Comes de Ognate Potentiſſimi Hiſpan. Regis Catholici, Domini mei Legatus in præſentia Sereniſſimi Domini Archiducis Ferdinandi, teſtiumque & Cancellarii ſupranominatorum, accepto & ratum habeo Regio Catholicæ Suæ Majeſtatis nomine vigore ſpecialis mandati ad me directi dati Madrilli 21 Aprilis præſentis hujus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Anni 1617. & Cancellario prænominato, eidemque ſuæ Serenitati ad recognoſcendum originaliter exhibiti, ſcriptum inſtrumentum & obligationem hanc Sæ Serenitatis promiſſam in omnibus ijs quæ, & quatenus in favorem ac beneficium Regis Catholici, Principisque Caſtellæ, & Sereniſſimorum Infantium Dominorum meorum, deſcendentiumque ipſorum in infinitum, facit, ac facere poteſt, modo & forma quæ Cath. Sæ Majeſtati Suiſque Sereniſſimis ac ipſorum deſcendentibus utilior, & melior, atque de jure validior eſſe poteſt, ac debet. In cujus rei fidem, hanc acceptationem in præſentia ſuæ Serenitatis, teſtiumque & Cancellarij prænominatorum manu propriâ ſubſcripſi, die, Menſe, & Anno ſupra dictis.
El Code de Ognate

IOHANNES IACOBVS CHESL.
L. B. In Kaltenbrun.

Vrba-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Vrbanus de Potingen L. B. In Falkenſtein & Perſin: Leonardus Geſius.

Ad mandatum Dni Comitis Legati proprium Culielmus Portugal. Secretarius. Collationatum & concordat cum Originali Actum in Cancellaria S. C. Majeſtatis Bohemicæ Pragæ 7 Octob. Anno 1617.

VOLF ADAM CZEIS
De Pirnova Regiſtrator.

HAbes hic Lector Candide Teſtimoniorum ad libertatem Bohemicam facientium exiguam ſaltem, qualem compendium ſcripti admittere poterat, congeriem, Lege & ſine paſſione pondera, facti ſpeciem examina, quam enormiſſimis à Ferdinando Secundo, nondum ad Regimen admiſſo, ſed introductionem exſpectante injuriis adfectum, gravatumque fuerit Regnum Bohemiæ, non in Religione

tum; ſed & in Libertatibus Politicis, quas ſurripere ipſis, inſtinctu peſſimi iſtius, ipſi ſoli damnoſi Ieſuitici, cogitabat, conſilii. Diſponere de rebus alienis bona fides non patitur. L: 45. D. de Regulis juris. Nemo enim pluſquam ipſe juris habet in alterum tranſferre poteſt. Notum eſt omnibus Politicis ex antiquiſſimo Bohemorum jure, Regem ipſis non naſci ſed eligi. Neque ex Sanguinis propagine, ſed ex ſuffragiis omnium trium Ordinum creari. Poteſtas iſta ſive jus Electionis, erat ipſis, quaſi fundamentum Libertatis publicæ, quæ ab antiquitate ſemper obſervata fuit, ita ut Reges omnes Regimen adituri, in omnibus Capitulationibus Regiis, ſeſe obſtringere, & ſolemni formâ in inauguratione jurare cogerentur. Per nomen S. S. Trinitatis jurare, res eſt, momenti haud exigui: Sacramentum qui violat, prophanat is vilique habet nomen Altiſſimi:

Divi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Divinæ Majeſtatis leſæ id crimen eſt. Terno ſacramento Rudolphus, Quaterno Mathias. pariter & Ferdinandus in defenſionem Libertatis Bohemorum ſeſe obligavere: Iuravere etiam in omnia anteceſſorum ſuorum, piæ & Sanctæ memoriæ (*quibus æternum benè ſit*) Regis Ottagari, Regis Iohannis, Caroli Imperatoris, Regis VVenceſlai; Cæſaris Sigiſmundi, Regis Alberti, Regis Ladiſlai, Regis Georgii, Regis Wladiſlai; Imperatoris Ferdinandi; Cæſaris Maximiliani, Rudolphi Imperatoris, Cæterorumque (quorum in Apologia majori penes horrenda alia, quæ in Religionem Euangelicam intentata fecêre, recenſetur Catalogus) Diplomata, Reſcripta, & quæ alia ad libertatem gentis faciunt, manerent inviolata, ſarta, tectaque. Non reperitur Annalibus hiſtoriarum proditum è domo Antiquiſſima, famoſiſſimaque Auſtriaca fuiſſe, qui contra Sacramenta an-

teceſſorum Sanctæ memoriæ, quidquam intentaſſet. At proh dolor! quid non peſſima perſuaſione, peſtilentiſſimæ iſtius Lojoliſticæ ſobolis, (quam ipſo Sathana obſtetricante credo excluſam in apricum) contigit, cujus ſcelere, Mathias primus erat qui in perjurium dolumque prolapſus, dum in conſpirationem contra fratrem & agnatum Rudolphum conſenſerat; in factionem Ieſuiticam contrà libertatem Regni, cui quaternis Reverſalibus obligatus erat, connivebat. Etiam Ferdinandus Secundus, ſcelere dictæ Ieſuiticæ peſtis infatuatus Sacramenti binis Reverſalibus ordinibus dati oblitus eſt: & quod liberæ Electionis Bohemorum juris erat id ſangvini Auſtriaco appropriare paſſus eſt. At quid mirum! Legibus in codicibus ſuis Iuris periti Ieſuitarum cautum fecêre, ne fides ſervaretur Euangelicis; ut ſupremas poteſtates dementarent, Næ iſtud eſt in præjudicium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

dicium Regni cui juratus erat commiſſum facinus? in ſummum anteceſſorum Imperatorum Regumque contemtum? & Famoſiſſimæ antiquiſſimæque domus Auſtriacæ, in contumeliam, imò ipſam ruinam. Nulla quippe ſcelere adquiſita potentia diuturna eſt: turbulenta ſanè, ruitura quamprimum. Eadem Ieſuitica perſvaſione falſiſſima eò adactus, ut in pactum cum Rege Hiſpaniarum conſentiret. Cui Regna Bohemiæ Hungariæque, quorum nondum poſſeſſor erat, jure hæreditario teſtatus eſt. Nemo autem de re aliena tranſigere cum altero poteſt, multò minus de eadem teſtari. Quid contra Religionem Bohemorum intentatum, relatu horrendum eſt, de omnibus recenſitis ex Apologia Bohemica magna, etiam ex ſcripto deductionis Lector curioſus percipere poterit prolixius. Antequam Ieſuiticus iſte herpes Regno ſeſe adfricaſſet, concordes vixêre

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

inter ſe incolæ; nulla, religionis cauſa, locum habebant odia; ſua cuique curæ erat conſcientia. Inter Politicos, tum Eccleſiaſticos amica familiariſque florebat converſatio; Imperitante intelligenti capite, optimè conſtitutam ibi Rempublicam: Bonus ordo Regni nutrimentum eſt. At irrepente, ſeſeque Lojoliſtica iſta peſte Regno inſinuante tacitè, ad primores nonnullos Regni rudioris genii, mox ad caput ipſum ſeſe adterente peſſum ire omnia, ordo optime conſtitutus Reipublicę turbari, Politicæ Eccleſiaſticæque libertates intentari, concordiæ amicitiæque jura violari, in extremam confuſionem cunctæ deſcendere, ire omnia in flammas; Ad convulſionem ſummæ poteſtatis ſternebant iſta, factore Lojoliſtico dicto inquietudinis Spiritu, aditum; Infectum eodem contagio totum Imperium, prolapſum in conditionem miſerrimam. Datum in Raptum Exteris, vaſtatum flammis;

fer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

ferro depopulatum fameque quot millena millium millia, inſontium animarum hauſta? nec num videtur malorum ex perverſo iſto Lojoliſtico conſilio finis: ijſdem Anglia, Scotia, Hibernia Ieſuiticis uritur flammis. Neque ipſi Pontifici parcitur, ut & ipſius convellatur Majeſtatis ſedes., peſtis iſta Eccleſiaſtica invigilat diligentiſſimè. Et adhuc connivebunt ſtatus utriuſque Heroes? Agnoſcite fieri iſta diſponente ſic Altiſſimo, pænitenti animo, Corde ſincero conſurgite. Alere Vos Cor Heroicum in pectore oſtendite, deponite humeris Veſtris ſcelere ac dolo Lojoliſtico impoſitum onus. Exterminate auctorem facti, ſic facilè noxias mortalitati, ac univerſam Rempublicam depaſcentes, reſtingvetis flammas, jugo intolerabili vos exonerabitis, Vobis ipſis ac univerſæ Reipublicæ optimè conſuletis, quod ſi ſincerum hoc monitū contemſeritis, deteriora exſpectate.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Ex Officia CAROLI VVAR-
NERI à TUERNHOUT.
Anno 1645.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

ERRATA.

Fol. 6. *Pro contecta, lege confecta. Fol.* 7. *Pro ipſa; lege ipſo. Fol.* 11. *reportaturum; ſequi debet: audaculè ſub eadem paragrapho. Fol.* 24. *vires l. virus. F.* 25. *protuiſſet l. protuliſſet. F.* 26 *hæreditatem l. in hæreditatem: Milliarium l. Milarium. Germanicorum l. Germanicarum. F.* 27. *cenceſſo l. conceſſo. F.* 28. *Vltimò Secretarium: eadem paragraphus, l. ſuam culpam: earraturus, l. enarraturus. F.* 29. *vibrans l. evibrans. F.* 33. *Horzeprukum, l. Horzepnikum. F.* 38. *Hungaria l. Hungarica. F.* 43. *l. de Electione. F.* 56. *deſcenderunt l. deſcenderent. Milliaribus, l. Miliaribus. F.* 59. *globulo l. globo. F.* 62. *l. dicta porta. F.* 63. *platea l. plateæ. F.* 64. *curabant l. curabat. F.* 71. *NB. falſa periodus. F.* 72. *exceptis generis: adde omnis. NB. Conceſſit; Nova paragraphus. F.* 79. *habebat l. habebunt. F.* 84 *univerſæ l. univerſa. F.* 90. *do l. da F.* 98. *incinati l. inclinati. F.* 102. *pro illas, illos. F.* 112. *l. in* 8. *publicum,*

Folio

Fol. 114. *tota linea prima ſuperflua. F.* 118 *pro libertate l. voluntate F.* 121 *pro noſtri l. noſtris. F.* 144. *præfat: l. præfata. F.* 146. *Attentaturos l. attenuaturos. F.* 151 *præjudici l. præjudicium. F.* 152 *Regni l. Regi. F.* 167. ALERTI *l.* ALBERTI. *Confederationi l. confœderarionis.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 20